Preceptum nā q; nō pertinet nisi ad obedientes. Sed qui
 in peccato adhuc permanet/obediens non est. Cum autem
 penitendo ad obedientiam redit, dignus efficitur, ut pre-
 ceptum accipere possit. ¶ Perfice gressus meos in semi-
 tis tuis, ut non m.v.m. Vie dei sunt precepta levia. Semi-
 te dei sunt strictiora mandata, in quibus pauci ambulare
 possunt. In via dei ambulat, qui proximo suo malum non
 facit. In semita dei ambulat, qui etiam malum inferentem
 diligit. Qui vero ambulare nescit in semita, sepe mouetur
 a via, quia sepe caritatem deserere cogitur, qui non didic-
 it adhuc diligere, nisi eum a quo amatur. ¶ A resistenti-
 bus dexterę tue custodi me, ut pupillam oculi. Dextera di-
 est xp̄us: quia per eum deus pater operatus est propiciati-
 onem nostram. Vel dextera dei, sunt potiora opera eius,
 id est eterna bona. Illi ergo dexterę dei resistunt, qui
 vel male credendo/vel male vivendo, christo contradicūt.
 Dexterę dei etiam resistunt, qui terrena amantes / eterna
 bona querere contemnunt. Ab his omnibus custodiri ius-
 tus desiderat, ne videlicet malo exemplo illorum prouo-
 catus, ad iniquitatem cadat. Sed quomodo vult custodiri
 diligenter vult custodiri iste, ut pupilla oculi. Multum
 pars corporis modica est et tenera, sed tamen precios-
 sa. Diligenter custoditur, quia multum diligitur. Oculus
 dei, est ecclesia sanctorum, pupilla oculi est, huma-
 nitas christi. Per pupillam anima aciem dirigit, ut ea que-
 fons sunt discernat: et deus pater omne iudicium filio de-
 dit, et neminem nisi per filium iudicat, quasi lucerna a te-
 nebris, sic iustos discernens ab iniustis. Quid est ergo, q;
 iustus custodiri vult, ut pupilla oculi? Christus multa ad-
 uersa in hoc mundo passus est, sed per pressuram tribula-
 tionis ad gloriam resurrectoris peruenit. Hoc igitur nos
 orare debemus, ut custodiamur sicut pupilla oculi, videl;

non ut nihil mali patiamur in hoc mundo, sed ut per mai-
 la presentia transeamus ad gaudia eterna. **V**Sub umbra
 alarum tuarum protege me. Duas alas habet deus, mis-
 ricordiam, et caritatem. Per misericordiam peccatores prote-
 git, per caritatem iustos. Ille ergo non sub umbra alegans
 sub umbra alarum, protegi se postulat, qui et in quibusdam
 misericordia se indigere agnoscit, et in quibusdam dignum se a-
 more sperat. **N**on facie impiorum, qui me affligerunt. Inimicus
 quasi faciem nobis opponit, quando currenti in desiderio
 dei, amico, prava delectatio oblistit. **N**on latere est inimicus,
 quando currentem delectatio temptationis fatigat, sed a
 cursu prava delectatio non retardat. **E**xurge domine
 et preueni eum. et s. e. Preuenire currentis est, supplanta-
 re luctantis. **N**am, qui ad finem propositi operis tendit, que-
 quis sine passibus, pedum promotione, tamen actionum cur-
 rit. Dyabolus ergo in passione Christi cucurrit: quia eum, quem
 purum hominem existimabat, per traditionem ad passio-
 nem, per passionem ad mortem, per mortem ad damnato-
 nem ducere voluit. Similiter deus cucurrit: quia eum per
 traditionem ad passionem, per passionem ad mortem, per
 mortem ad resurrectionem, promouere dispositus. **V**tricunque
 ergo cucurrerunt, et deus et dyabolus, sed dyabolus pre-
 ventus est, quia ne ad finem apud eum posset, di-
 uina virtute est impeditus. Et supplanta, inquit, eum. In pas-
 sione Christi, dyabolus cum deo luctabatur. Dyabolus fo-
 ris luctabatur, ut deiceret, deus intus luctabatur, ut susti-
 neret. Sed dyabolus supplantatus est: quia occulta qua-
 dam virtute et sapientia dei, subito et improviso est deie-
 ctus. **E**ripe armam meam ab impiis f. t. **N**ima Christi
 framea est, id est, gladius dei: quia per Christum deum, de-
 us electos suos redimit, quasi quedam membra a corpore
 dyaboli precidit. **V**nde alibi dicitur. Ego mors tua, o mors;

tua mors ergo inferne. **I**n teo descendens ad infi-
 nitum reliquit. Dica noframeam tuam. **A**c si
 ignoramus es, non custodie-
 beras poteris? **D**e r.
Sugam te domine.
Phone loquitur. **D**ile-
 ximus, post penitula-
 tionis subiungit. **C**u-
 mu num, quia refugiu-
 mbo domine narrat, vi q-
 uipente recurrens. **P**ri-
 vatus dyaboli eripuit. **I**
 ntimbus diffidentem, beni-
 cium firmamentum sta-
 gnat ut vincat. **L**ibe-
 rigentiam, firmamen-
 tum. **E**cce, quo or-
 dia veritatis, quomodo
 aqua per fidem illuminata
 terram adiuuat, sperab-
 dum inflamat, protectio-
 nes temptari non p-
 erit, et consequentem dyab-
 oli, qui ictus meus,
 non agent. **I**n cornu fortitu-
 dis superbia, cornu salutis
 dicit me dolores mortis e-
 stas et mortalitas: torre-

morsus tuus ero mferne. De eis, quasi infernum momordit,
quando descendens ad inferos, quosdam inde abstulit,
quosdam ibi reliquit. Dicat ergo: Eripe animam meā ab
impiō frameam tuam. Ac si diceret: Si prius gladium, quo
pugnaturus es, nō custodis, quō eos, qui p gladiū saluādi
sunt, liberare poteris?

De. xvij. psalmo.

Diligam te domine. Humanitas christi in resurrec-
tione loquitur. Diligam te domine. In periculis
amor, post pericula amor. Diligam te dñe. Cau-
sas dilectionis subiungit. Quia fortitudo mea, quia funda-
mentum meum, quia refugium meum, quia liberator meus.
Conuerso ordine narrat, usq; ad ipsum diuinę gratię prin-
cipium, mente recurrens. Primum, liberator, quia homines
a potestate dyaboli eripuit. Deinde, refugium, quia de pro-
prijs virib; diffidentem, benigne ad patrocinandum exci-
pit. Deinde, firmamentum, stanti ne cadat. Deinde, fortis-
tudo, pugnanti ut vincat. Liberator, per baptismum, refugi-
um, per penitentiam, firmamentum, per patientiam, fortitu-
do, per victoriam. Ecce, quo ordine euasit malum, deinde
secundus versiculus, quomodo consecutus sit bonum. De
meus, quia per fidem illuminat, adiutor meus, quia ad be-
ne operandum adiuuat, sperabo in eum, quia cor ad amo-
rem suum inflamat, protector meus, quia supra id quod
ferre possumus temptari non permittit. Cornu salutis meus,
quia etiam persequentem dyabolum, nos contemnere fa-
cit. Postremo, susceptor meus, quia finito cursu perueni-
entibus aperit. In cornu, fortitudo, signatur. Cornu confu-
sionis est superbia, cornu salutis est fiducia bona. Cir-
cūde derūt me dolores mortis et torrētes: dolores mortis,
passibilitas et mortalitas: torrētes iniquitatis, huius mundi

vanitas. Dolores inferni pena eterna, laquei mortis, origina-
lis culpa. Dolores mortis, et dolores inferni, circū dederūt:
quia illos homo ante christum cuadere non potuit. Torren-
tes iniquitatis conturbauerunt: quia huius mundi vanitas
ad actualia peccata hominem impulit. Laquei mortis preoc-
cupauerunt: quia antequam homo actualiter peccatum p-
petrare potuit, culpa originalis in eo fuit. Et dedisti michi
protectionem salutis tue. Salus humana, est sanitas car-
nis: salus diuina, integritas mentis: hanc homo diligit, il-
lam deus tribuit. Hanc homo conseruat, molestias fugien-
do, illam confirmat, molestias inferendo. Sic tamen si mens
intus custoditur, ut nec per aspera carnis ad impatientias
proruat, nec per blanda ad lasciviam emollescat. Tunc
ergo deus salutis sue protectionem nobis tribuit, quando
ammam nostram, dum caro foris patitur, intus illesas custo-
dit, ut pressura, quam caro foris tolerat, intus ad mentis
corruptionem non pertingat. Dextera tua suscepit me. Si-
nistra dei, bona sunt temporalia. Dextera dei, bona eterna.
Et sepe contingit, ut illos deus spiritualibus bonis habun-
dantius repleat, quos inopia rerum temporium exterius
coangustat. Iste ergo, qui quasi foris per egestatem cor-
ruit, et intus virtutum diuini solidati sunt: quasi sinistra
dei deseruit, et dextera suscepit. Et disciplina tua correxit
me in finem. Est quidam finis bonus, et est quidam finis ma-
lus. Finis malus, est profundum peccatorum: finis bonus,
est consummatio virtutum. Disciplina autem dei, in finem
corrigit: quia eos etiam qui in profundum peccatorum la-
psi sunt, ad consummatonem virtutum perducit. O bona,
o dulcis disciplina dei. Utinam cognoscamus eam, utinam
suscipiamus eam, utinam sustineamus eam. Quae tamen est
ut videamus, ut concupiscamus, ut apprehendamus, ut re-
neamus eam. In tribus distit, in perceptis, in temptatis, in
flagellis. In perceptis eripi debet obedientia tua, in temptatis

ostatiā, in flagellis patientiam Precepta obedienter suscipere, temptamenas ostāter resistere, flagella patiēter sustine. Hęc tamen tria, id est obedientia, constantia, patientia, sibi inicem deesse non possunt: quia in singulis omnia necessaria sunt. In preceptis quidem, ut primum ea obedienter suscipias, demde constanter perficias, postremo patiēter tempus retributōnis sustineas. In temptationis auctem obedientia esse debes, ut si forte deus viciorum incursione sollicitariet ad tempus voluerit fatigari, per elatōnem non contradicas. Constans, ne per delectatōnem ad consensum defluas. Patiens, ne importunitate vel instantia temptationis, tandem aliquando emollescas. Hoc autem precipue dicimus, propter quosdam minus discretos, qui spiritualis studij modum ignorantes, post prima initia bona conuersatōnis, ita a temptatione viciorum liberi esse volunt, ut si se vel tenuiter delectatōne illicita pulsari pressenserint, statim tumido corde, infirmitatis sue oblitu, contra deum murinurarent, et si vel modicum faugentur, per inconstantię et impatientię vicium eneruati, ad consensum iniquitatis declinant. Sed nesciunt isti, qđ pia sit dispensatio dei, ut mala, que iam voluntate dimisimus (quamvis iniici) adhuc in temptatione sentiamus, quatenus in eis nunc expietur, cum cruciant, quod prius in eis commissum est, cū delectabāt, et nřg infirmitatis memores, dū sp̄cogimur remisi qđ fuim⁹, n̄ nos extollat qđ sum⁹. Preceā etiā, cū mala nostra cum tanta difficultate inuenimus, amplius precare timeamus. Cum itaq; tot uilicates ex temptatione prouemant, oportet quotiens temptamur, obedienter dispensationem dei excipere, et constanter prae delectatōni contrarie, et patienter molestiam temptationis sustinere, quaztin⁹/et fatigatō nřa nobis placeat, et tamen delectatō prava ad osensum non accedat. In flagello item, obedientiam seruat, qui et si causam sue percussionis ignoret, tamen

71

et contra dominum non murmurat. **C**onstans autem et patiens
est, quem nec pondus tribulacionis opprimit, nec diuturnas
frangit. **P**rimus ergo gradus discipline dei, est custo-
dia mandatorum. **S**econdus gradus, est pugna temptato-
num. **V**nde manifestum est, quod hi qui mandata dei non cus-
todiunt, adhuc in disciplina dei esse non cuperunt. **C**ui
autem sub disciplina dei non est, ad hereditatem filiorum
dei pertinere non potest. **N**emo ergo contemnat disci-
plinam dei, quia si peccator est, necessaria est illi, corriga-
tur, si iustus est / necessaria est, illi disciplina dei, ut erudit-
atur. **P**ropterea iste, qui eam iam ad correctionem acce-
perat, adhuc eam ad eruditionem necessariam sibi esse con-
firmat, ut sicut correctus expiat culpas preteritas, ita
eruditus, cautelam habeat contra culpas futuras. **D**icit
ergo: **D**isciplina tua correxit me in funem, disciplina tua
ipsa me decebit. **D**ilatasti gressus meos subtus me.
Subtus nos est, quicquid transitorium est, et caducum.
Cuod autem eternum est, supra nos est. **D**icens ergo iusti,
supra se dilata tos gressus habet, quia quanto altius, per
contemplationem in amorem eternorum dirigitur, tanto
amplius desiderio gustatque dilectionis dilatatur. **C**um au-
tem in rebus transitoris subtus se, per cogitationem am-
bulat, ipsa eam quodammodo suę occupationis molestia
coangustat, et totiens intra semetipsam strigitur, quoti-
ens foris aduersis occurrentibus precepit. **S**ed sic non
nunquam, ut etiam subetus se mens, divino amore succensa,
dilata tos gressus habeat: quia dum totam se intus per de-
siderium retinet, et si foris per operationem occupata sit,
nullius tamen molestie adversitas libertatem eius coangus-
tat. **V**nde recte, cum dixisset: dilatasti gressus meos sub-
tus me, statim subiungit, dicens: **E**t non sunt infirmata
vestigia mea. **C**uando enim gressus in lubrico figitur,
et si per fortis permaneat, vestigia tamen eius infirmantur,

Ita quoque necesse est, ut qui vel ad modicum in rebus per-
 ritutis fiduciam posuerit, et si per turpia mundi desideria
 non langueat, tamquamque transitorum est quod amat, stabilis no-
 fit: et cum labi cœpit, id cui iniunctus, mox imitatus vestigia ab
 ipsa sua stabilitate infirmantur. Cum autem totum animi
 desiderium in etermis figuretur, quasi pede in soliditate co-
 stento, vestigia non infirmantur. ¶ Persequar inimicos
 meos, et comprehendam illos, et non conuertar donec de-
 ficiant. Quosdam spirituales inimicos habemus, qui nobis
 insidiantur, qui quanto magis occulti sunt, tanto magis nos-
 cere possunt. Hic sunt motus carnales, qui in corde nostro
 orinuitur, et quia de latentibus desiderijs prodeunt, incau-
 tos sepe sub specie virtutum fallunt. Quos tunc in mirum
 persequimur, quando ipsam originis eorum radicem subti-
 liter inuestigamus: quatenus, dum illos illicito motu ori-
 ente pulsare senserimus, statim de qua affectione natus sit,
 et ad quem finem ei appetitus redat, perspicere studeamus.
 Hoc fortassis qualiter fieri possit ciuius agnoscitur, si eius
 aliquod exemplum in medium proponatur. Verbi gratia.
 Est aliquis, qui de seipso plus quam oportet sentiens, occulta
 superbia laborat. Hic ergo, si forte inter ceteros / vel ad
 colloquendum / sive ad consulendum considererit, quia se
 singulariter sapientem existimat, se singulariter debere au-
 diri putat. Si vero alios ad verbum suum minus intentos
 fortassis viderit, suumque consilium repudiari aliquando ex-
 spererit, statim per impatientię vicium tumens, totum quod
 contra voluntatem suam agitur, ad iniuriam suam fieri ar-
 bitratur. Et quia eos, non ratione, sed odio potius / aut ini-
 uidia ad contemptum suum excitatos credit, iam omnino,
 utpote a maluolis, suum colloquium subtrahere dispo-
 nit. Cumque se immoderate lingua a locutione stringit, a
 caritate ammus refrigerescit. Oportet ergo, ut dum nos
 vel loquentes que conceperimus / vel consulentes, minime audi-
 mus

et exinde eorum nostrum aliquo fortassis subito dolore tangi senserimus, impetum animi nostri refragemus, et hunc dolorum quasi mimicum a latere de insidiis profilientem, instanter prosequamur, et latebram eius occultam, de qua prodit (id est superbiam) et occursum eius ad quem tendit (id est odium fraternum) perscrutantes, dum laqueos conspicimus, periculum caueamus. Comprehensus est inimicus, quia cum finem prae desiderij prouidemus, a minimum a consensu retrahimus. Sicut enim vicia inuestigando persequimur, sic comprehendimus inueniendo, et donec deficiant non reuertimur, si ab instantia boni opis/ ante subiugationem vicioꝝ nō relaxamur.

De. xxiiiij. psalmo.
Olas et rectus dominus, propter hoc legem dabit delinquentibus in via. Non est seruus timor, ubi constitutio legis / sit in electione voluntatis. Primum timemus, deinde viam eligimus, deinde lex nobis propomitur, qua in via ambulemus. Legem custodientes, premium accipimus, in presenti anime iocunditatem, in futuro / anime pariter et corporis beatitudinem. Hoc est quod sequitur. Anima eius in bonis demorabitur, hoc est de presenti. Et semen eius hereditabit terram, hoc est de futuro. Et satis eleganter speciales delectationes exprimitur / cum dicit: Anima eius in bonis demorabitur. Quicquid enim carnaliter dulce est, sic quidem delectationis experientiam fruentibus prestat, sed diu cum us morari non potest: Quia, dum gustu appetitum provocat, transiit desiderium fraudat. Spirituales autem delicias / nec gustatio transirent, nec reficientes decrescent, nec satiantes tedium significunt, diu cum fruentibus permanere possunt. Sequitur. Semen eius hereditabit terram. Terram viventium / in futuro in hereditatem accipiet pro bonis

operibus suis, que per se men significantur. **V**el p terram,
 caro accipi potest, quam in futuro immortalem et impassibilem accipiet, quisquis eam in presenti in opere virtutum exerceat. **S**ed quomodo illuc perueniet? **F**irmamentum est dominus timentibus eum, et testamentum ipsius, ut manifestetur illis. **R**um vīcentibus promittit p̄mūm, pugnātibus p̄st̄t adiutorium. **P**remūm tale est, quia ipsius. scilicet dei testamentum, id est contestata promissio est, ut ipse manifestetur illi, videlicet videnti se. **A**diutorium tale est, quia firmamentum est dominus, id est, protectio timētibus se. **I**deo securus de promissio/fiducialiter curro. **O**culi mei semper ad dominum, quoniam ipse euellat de laqueo pedes meos. **O**culus actionum intentio est. **O**culos ad dominum semper habet, qui per intentōm ad amorem dei dirigit omne quod agit. **C**uius nimirum pedes a laqueo euelluntur, quia mala actio esse non potest, cuius amor dei origo est. **S**ine periculo nanque via actionum curritur, cum intentio animi caritate duce gubernatur. **S**ed quis potest semper respicere deum, nisi quem semper deus respicit? **R**um nimirum, dilectionem hominis semper dilectio dei, sicut p̄quemendo excitat, sic subsequendo conservat. **H**oc est enim quod sequitur: **R**espice in me: ac si diceret. **V**t te diligere possim, tu dilige me, ut et amore tuo dignus, tuus sim, miserere mei relaxando peccata mea, **R**um vīnicus et pauper sum ego. **I**deo respice, quia vīnicus, **I**deo miserere, quia pauper. **V**īnicus enim plus diligitur, pauper plus doletur. **T**ribulacōnes cordis mei multiplicate sunt, de necessitatibus meis erue me. **R**um est paupertas tua? **T**ribulacōnes cordis mei multiplicate sunt. **N**on est periculosa afflictio carnis, qua non frangitur constantia mentis. **C**um autem dolor cordis intima tangit, manus piculū ē, etiā si foris tribulatio desit. **D**e necessitatibꝫ meis erue me. **O**valte sūt nēcitates bonorum, i qbꝫ piclitanc

Cuos fortassis melius cognoscimus, si eas distinguendo
apponamus. **S**emper siquidem est necessitas sanctorum. **A**lter-
ra, quam intus, altera quā foris sustinet. **A**ltera, a proximis,
altera a semetipis. **C**uamdiu ēm in hac corruptibili carne
vivunt, molestias et temptationes, quae ex carne corruptibili
orūntur, om̄no declinare non possunt. **I**n quibus tū cum
labore piculū est, ut eas quotidianē sentire necesse sit, et tū
consentire eis nemo vñquā, sine gravi detrimēto possit. **A**l-
tera necessitas est bonorum, qz cū inter malos, quos declinare
non possunt, conuersantur, ex illorum prava conuersatō-
ne, quotidiana quadam persecutōne vita eorum affligitur.
Cuos ita tolerare necesse est, ut nec ppter iniquitatē eorum/
odio habeamus homines, nec ppter amorem hominum
iniquitatis efficiamur consortes. **S**ed hoc sine humilitate
et labore, nemo facere potest. **H**umilitate videlicet, ne se
per superbiam a consortio vanitatis diuidat, et dum malo-
rum societatem habere contemnit, quasi de singulari iusti-
cia pnciosius intumescat. **L**abore aut̄ opus est, ut quoru-
societatem non deserit, semp̄ fugere quantū potest stude-
at conuersatōnem. **H**oc est quod sequitur: **V**ide humilita-
tem meam et laborem meū.

De:xxv.psالمو.
Quoniam misericordia tua ante oculos meos est, et cō-
placui in veritate tua. **M**isericordia dei est qua patit, ve-
ritas qua corrigit. Per misericordiā p̄mitētes ab indulgē-
tia non repellit, per veritatem peccata puniēs/ causam/nō
personam respicit. **Q**uis quis ergo ad salutem peruenire
desiderat, hęc duo necesse est medicinae dei remedia non
temnat. **S**ine misericordia em̄ veniam non consequitur, sine ve-
ritate non emendatur. **S**unt vero nō nulli, qui dum culpas
suas p̄ misericordias, temeraria quadam p̄sumptōne a deo re-
laxari expertunt, sine correptōis flagella patiēt sustinere
nolūt. **E**t si fortassis aliqua se pro p̄cis suis aduersa p̄culisse

enī, statim typō superbi
que necessaria est p̄stman
ūt et amē, plene purgat
peccata audiamus; **M**isericordia
hęc s.u.t. sc̄ si diceret
dūmelle video, et tam
peccata mea distracte
engaudens suscipio, im-
melle cognisco. **C**omp-
petit dicim, lauda bilita-
tē, complacuit in ver-
itate tua veritate con-
spicit, hoc ipse enā re-
placeat: quia, dum in
sufficiat me amore co-
munitate non placeam, quia
complacebam? **C**ur salu-
tē, ad salutē, non dil-
atum perficerā, ad egr-
itudo tua ante oculos
est.

De:xxvi.psالمو.
videtur voluntate dei
veritatem domini, est ver-
itatem templum domini, est ve-
ritatem me in tabernaculo
la tabulica, in qua fidele
videtur spiritualis militis,
qui erubant. **J**u hoc au-
to, quibus amorem qu-
a mō, secretum expeter-
tē, sc̄lūlū p̄techū non sunt
sc̄lūlū.

cognouerunt, statim typo superbie eriguntur, eoq; minus
 miscđiam dei necessariā existimant, quo sua se satisfactōe
 apud diuinū examen, plene purgatos putant. Quo contra
 quid iste dicat audiamus: **Misericordia**, inquit, tua ante oculos
 meos est. et c. i. u.t. Ac si diceret: **Misericordiam** tuā ubiqz mi-
 chi necessariam esse video, et tamen correctionis tuę ver-
 bera, quibus peccata mea districte punis, non solum non re-
 pello, sed et gaudens suscipio, imo etiam, in iphis misericordiam
 tuam non deesse cognosco. **Complacui**, inquit, in veritate
 tua. Eleganter dictum, lauda biliter dictum, dictum imita-
 bōne dignissimū, complacui in veritate tua. Quasi dicat:
Non michi, nisi in tua veritate complaceo: quia quod tibi
 in me displicet, hoc ipse etiam reprehendo. In tua verita-
 te michi complaceo: quia, dum mea peccata persequeris
 flagellando, letificas me amore correctōis. Cur enim mi-
 chi mutua veritate non placeam, qui in mea prius falsitate
 male michi complacebam? Cur salubrem medicamenti tu
 amaritudinem, ad sanitatem non diligam, qui male delecta-
 tōis dulcedinem pestiferā, ad egrotatōem diligebam?
Quoniam misericordia tua ante oculos meos est, et complacui
 in veritate tua.

De. xxv. psalmo.

Tvideam voluntatem domini. et u.t.e. **Videre**
 voluntatem domini, est veritatem agnoscere. **Visi-**
 care templum domini, est veritatē diligere. Quo-
 mā abscondit me in tabernaculo suo **Tabernaculum** dei,
 est ecclesia catholica, in qua fideles laborant, et in pro-
 cīctū cuiusdam spiritualis militi, contra aereas potesta-
 tes pugnaturi excubant. In hoc autem tabernaculo illos
 deus abscondit, quibus amorem quietis inspirando, a stre-
 pitu huius mundi, secretum expetere facit. Sed in abscon-
 dito tabernaculi protecti non sunt, qui in loco quietis /
 quiete vivere nolunt.

De. xxx. psalmo.

Quoniam fortitudo mea, et refugium meum es tu: contra loqui videtur. Si enim timet, quoniam fortitudinem se habere dicit. Et si non timet, quare refugium queritur? Sed mens humana, inter spem et timorem constituta, dum fortitudinem adiutoris sui considerat, de Victoria presumens, sponte prouocat inimicum: cum vero propriam infirmitatem ad memoriā reuocat, superari metuēs, querit refugium. O disti observantes va. su. va. Vox iusti est, presentē felicitate despiciens. Supius, omnia medauerat spem suum deo, et quasi nunc quereres, quid de carne fieri vellet, respondit se carnis curā non habere, quia vanitas est omnis caro: quia hi etiam, qui eam illicite et superflue amando, omni studio et diligentia custodiunt, a corruptione seruare non possunt. Quos nimis nimis odit deus: quod dum nimis rem corruptibilem diligunt, ad amorem dei incorruptibilem non assurgunt. O disti, inquit, vanitates observantes superuacue. Bene superuacue: quod, et si transitoria ad necessitatem appetimus, nunquam tamē ad superfluitatem diligere debemus, carnēque morturam, non in deliciis souere, sed ab incomodis, his precipue, quod ad salutem anime minus conducere videntur, defendere. **D**e. xxxiiij.

Omīnus dissipat consilia gentium. r. a. c. p. et re. o. p. Gentes intelliguntur peccatores, populi stulti, principes superbi. Consilium gentium, est concupiscētia carnis. Cogitationes, est concupiscētia oculorum. Consilium principum, est superbia vite. Quae omnia ideo deus reprobat: quod mūdus transit, et concupiscētia eius. Bene tamen populi cogitationes habent, non consilium, quia stulti in populis significantur.

De. xxxvij.

Iudica dñe no. m. e. i. m. Nocentes sunt, qui voto malignitatis misidentur; expugnates sunt, qui aperte psequuntur. Justus ergo, occultos nimices suos iudicari tantum, id est

ad futurū iudicium seruari, manifestos expugnari, id est, in
 hac vita etiam puniri postulat, ut eorum pena manifesta, alii
 os ab iniunctate retrabat, quos prius eorum malicia per ex-
 emplū ad iniunctatem animabat. Ideo deus omnipotens/
 manifestas iniurias seruorum suorum, sepius etiam in hac vita
 vlciscit, ut quanti meriti apud eum sit iustitia, aperte demon-
 stretur, quatenus hoc alios ad amorem iusticie accendat,
 quod igitur auctor iusticie se eam tamen diligere manifestat. Appre-
 hende arma et scutum, et exurge in adiutorium michi: ar-
 mis pugnamus, scuto tegimur. Unde enim contra electos,
 duobus modis pugnat, verbo et gladio. Verbū falsitatis,
 expugnamus per sapientiam: gladio aduersitatis resistimus
 per patientiam. In sapientia igitur accipimus arma, et scutum
 in patientia. Sed cur deo dicitur: apprehende arma et scutum
 nisi quis ille in nobis dimicans / aduersarios superat, qui
 nos pugnacros contra aduersarios armatis. Huius, sicut ab
 ipso dona eius accepimus, ita sine ipso domus eius uti ad
 salutem non valemus. **E**t Iripiens in opere de manu fortiorum
 eius, e. et. p. a. d. e. Quosdam dyabolus apta temptatione
 opprimit, quosdam occultis insidijs seducit. Unde in scrip-
 tura sacra, dyabolus, aliqui pro leonem, aliqui pro draconem ex-
 primitur. Pro leonem apta eius sequicia, pro draconem vero oc-
 culta eius versutia significatur. Unde psalmista, hec duo
 temptationū genera exprimens, dicit: Iripiens in opere de
 manu fortium eius, e. et. p. a. d. eum. Quis est enim in opere, mihi
 qui virtutum diuitias non habet? Et quis est pauper,
 nisi qui iam aliqua virtutum dona accipe meruit, sed tamen
 adhuc ad perfectionem virtutis non pervenit? In opere ergo ma-
 nus fortiorum opprimit, paupem vero manus diripientum affli-
 git: quod mirum antiquis hostis eos qui nulla virtute robos-
 rati sunt, violenter sibi per consensum iniunctatis subicit.
 Ab his vero, qui iam aliqua spūalis lucri bona colligere
 cipiunt, occulta direptōe dona vultū tollit. Ois ergo, quos

apta sequia pimit latro est, fur vero illis, quos occulte fraude seducit. Unde et his fortudo necessaria est, ut possint apte impugnante vincere illis vero circumspectorum possint occulte misericordie cauere. Cum igitur domina pietas, quosdam alia apta sequitam inimici corroborando quosdam aut alia cecutas eius misericordias per circumspectorum illuminando custodit, quod aliud facit, quod in opere de manu fortior, et a diripiensibus pauperem eripit, ut et illi euadat dominum, et isti caueant dominum.

Surgentes testes i. q. i. m. Omnes iniqui, qui tempalia bona et omnis preferunt, cum in hac vita prospant, quasi in testimonium altera electos surgunt: quod dum ipsa sua felicitate visibili bus, non loquendo sed prospando testimonium prohibet, ut in omnibus honorum (quod de omniis et misericordibus bonis dant) dominice studet. Unde recte, quod ignorabam, interrogabant me. Magli enim bonos, de propria felicitate interrogant, quod cum eis dulcis sit mirans, quod illi se ad appetitum eius non inclinant. Sed quod hec non dulcissimum amara bona est, quicquid de eius laude in medium proferunt, hoc bonum per experientiam non cognoscunt.

Expecta dominum, et ora eum. Perfecta hic nobis forma vivendi prescribitur. Nudi ergo homo, quod dicitur ubi. Subditus esto domino, et ora eum. Primum, subditus esto, ne male agendo precepta eius despicias. Deinde, subditus esto, ut ad bona agenda, de viribus tuis non presumas. Nam et ille quoque deo subiectus esse renuit, qui aliquid se sua virtute posse presumit. Sed inquis michi. Si hoc ad obedientiam pertinet, ut michil ex me esse intelligatur, quid ergo frustra conors? Vivescam potius, et expectabo dominum, ut faciat quod suum est. Optime diristi. Expecta dominum. Sed vide, quoniam expectes. Non et montes expectant, et hoies expectant. Sed montes atri, atri hoies. Montes expectant durando, homines expectare debent desiderando. Montes pluuiam, homines graz, montes ne arescant, homines ne pereant; sicut in psalmo legitur.

Expectas expectavi dñm, et intendit michi. Qui em̄ durando expectat, sed desiderando nō expectat, expectas nō expectat: q̄ vo pseuerat et desiderat, hic expectans expectat. **E**xpecta ergo, et n̄ solū expecta, s̄ expectas expecta. i. p seueras desidera, et desideras pseuera, et n̄ fraudaberis desiderio tuo: sicut et ille fraudatq̄ fuit, q̄ dñm expectas/expectas expectauit. **V**ide ergo, quō iste expectauit. Cum p̄ cibus expectauit, cū desiderio expectauit, et qd̄ ip̄e tūc fecit, hoc tibi nūc p̄cipit. **N**am, cū dixisset, subditus esto dño statim adūrit, et ora eū: ut et subditus deo sis, de te nō p̄sumēdo, et ores eū/eius auriliū expetēdo. **N**am, quid est aliud, deū orare, nisi mente humili atq; deuota ad eius misericordiā sp̄ respiceres? **P**rop̄ea em̄ nō dixit tibi, ora eū hoc siue illud, sed tūm ora eū: q̄ m̄l aliud a te, q̄ affectū bonum erigit, qui tuā necessitatē, etiā te nō loquere cognoscit. Cū ergo oras, quē petas poti⁹, q̄ quid petas, cogitar⁹ tibi dulce sit: et ip̄e quē petis, quicquid tibi petendū fuerat proudebit. **S**icut in alio loco psalmista idē testat̄, dices: **O**culi mei sp̄ ad do. q̄r i.e. de l. p.m. **E**ducet quasi lumē iusticiā. t. et. i. t. t. m. **J**usticia bonor̄, nūc oculta est, q̄ ibi se iustificari satagit, ubi ab hōibus videri nō p̄nt. **E**t q̄uis iam in eis luceat exēplū boni opis, sed in abscondito est virtus intentōnis. In futuro aut̄, quasi lumē iusticia eorū educit: q̄ qui mō bona opa sua ab hūana laude abscondūt, vēmēte iudice/iam secure pro eis in gēna claritate ḡhabūtur. **V**nde et in alio psalmo dicit̄: **V**anū est vobis ante lucem surgere. i. ante futuri iudicij claritatē exaltari: sed surge te postq̄ sedentis, q̄ tūc fructuosa ibi erit vīa exultatō. **S**p̄ prius vos in hui⁹ vite exilio sponte ppter deū humiliatis. **S**equit̄. Et iudiciū tuū tanq̄ meridiē. **J**usticia bonor̄/est opus virtutis qd̄ faciūt, iudiciū eorū est p̄miū vītutis qd̄ eligit̄. **D**eus ergo educet iusticiā scōr̄, qn̄ manifestabit opa vītutūq̄ fecer̄t. **E**ducet iudiciū/qn̄ manifestabit quale boni

opis pmiū elegerūt, et ideo iusticia tanq̄ lamen⁹ iudicium
vero tanq̄ mendies, id est clarum lumen educitur: qz mi-
nor ē oīmis claritas boni opis/claritate eterne retribuōis.

De. xxvii. psalmo.

Putruerunt et corrupte sunt cicatrices me⁹ a facie
insipienti⁹ me⁹. Consideranti michi huius versicu-
li virtutē, non potest iam legenti esse mcognitum,
qd totiēs est patienti exptum. Sed vtimā michi, vel expiē-
tia cognitōe non dederit, vel si aliter cognoscere non de-
bueram, ipa potius cognitio data nō sit. R̄ si sic necesse
fuit, et sine manu valida erudiri nō poterā, vtimā iam nūc
vel ipa mea cognitio michi sic sapet, quatin⁹ p̄teritor⁹ do-
lon⁹ expientia, a futura me iniquitate coerceret. Sed quia
totiēs, post expientiā malon⁹ desipuisse me video, iſos ad
huc amaritudinēs gustus p̄timesco. Dicam tamē/et nō sine
dolore dicam. Putruerūt et corrupte sūt cicatrices me⁹ a
facie insipienti⁹ me⁹. Et licet hor⁹ verbor⁹ expositio, michi
non sit necessaria, qz tamē multi felicius eam nō nouerunt,
pter eoz instructionē non est oīmō tacea. Putruerunt
mquit et c.s.c.m. Diligētius siderati, quatuor hic gene-
ra homin⁹ occurrūt. Primū est eoz, qui nunq̄ vulnerati sūt.
Secūdū est eoz, qui post vulnera pfecte sūt sanati. Terci-
um est eoz, qnibus obducta quid sūt vulnera, et tñ adhuc
pmanserūt cicatrices. i. vulnerū signa. Quartū est eoz, in
qnibus ipa adhuc vulnera hiantia sūt, et necdū obducta ce-
perūt. Singlē p vulnera pcta intelligim⁹, qui in pcta desi-
derio pmanēt, quasi vulnera apta hnt. Qui vō pcta dese-
rūt, et tñ adhuc a reatu pcta p satisfactionē plene purgati
nō sūt, i bis quasi qdaz signa vulnerū pmanserūt. Qui aut̄
post ppetrata scelera/et peccādi affectū deserūt, et rea-
tū pcta plena satisfactiōe obducūt, ab hijs etiā ipa vulnerū
re stigia discesserūt. Sic sanatus erat paulus, qm post tā-
ta mala dicebat, michil michi oscius sū, qz manu⁹ p̄teritor⁹

vulnerum in se, nec signa quidem inuenire poterat, quem de anteacta prauitate conscientia non accusabat. **H**os sequuntur hi, qui et si vitam sine peto ducere nequeunt, nunquam tamen culpe criminalis vulneris preceperunt. **P**rimus genus est peccatum, secundum est penitentium, tertium est eorum qui per penitentiam sunt correcti, quartum est eorum qui per iniuriam non sunt corrupti. **P**rimi sunt egredi, secundi sunt ad sanitatem duersi, tercii sunt sanati, quarti sunt sanati. **E**x his satis colligi potest, de quo genere hominum iste sit, qui cicatrices suas ad corruptiorem reversas plangit. **P**enitente enim iam ceperat, et petram iam voluntate deseruerat, sed reatus peccati nondum adhuc in eo plene sanatus fuerat, et prius quam puerisset ad integram sanitatem vulneris, corruptus est per iteracionem iniurias. **V**nde recte prius dicitur: putruerunt, ac demde adiungit, corrupte sunt cicatrices meae. **P**rius enim prava desideria ad mentem redirent, et sic quodammodo cicatrices obducte interius protraherunt. **D**emde vero, cum voluntas mala usque ad operationem irre permittitur, iam igitur cicatrices, quasi ex suphabundanti sanguine corrumpuntur. **C**ausa quoque corruptonis explanatur cum dicit: **N**on facie insipientem meam. **S**apiens a sapientia dicit, non ille qui sapores palato oris recipit, sed ille qui veritatem iudicio mentis comprehendit. **V**nde etiam, cor quod veritatis expertus est, non absurde insipientem dici potest. **N**otandum vero est, quod non quilibet virtutis cognitio a priori sapientia dicitur nisi illa que non solo auditu sed per ipsam experientiam rex operatur. **F**amiliarius enim quodammodo ait quod perfectus excepta quod non audita cognoscimus, et cognitionem veritatis, quam in nobis doctrina inschoae/experiencia consumat. **I**pso eterno rex natura docete, didicimus, quod cuiuslibet rei qualitate perfectus, per sui doctrinam experientiam iudicamus: quod et bona quilibet tunc iocundius et delectabilior amplectimur, cum post longam miseriariam fatigati respiramus. **H**oc quoque est, quod dei misericordiam tanto amplius in nostra liberatore diligimus, quanto nobis e vicino sapit ipsis miseria

de qua erexitur sumus. Et derelicti aliqui melius per tribulatōnem cognoscimus, quod stricte tenēda fuerat grā, quā tpe qui etis minus fortassis amabam⁹. Propterea in quodā loco scriptura nos ammonēs, dicit: **Fili⁹**, in tpe malor⁹ ne īmemor sis bonor⁹, et in tpe bonor⁹ ne īmemor sis malor⁹. Necna nā qz bonor⁹ in tpe tribulatōis, aīm p spem erigit: et mēoria malor⁹ in tpe prospitatis, ad custodiā sui cautionē reddit. Cūqz altno sapore se vtrūqz attempat, nec aduersitas p desperatōne deicit, nec prospitas p manē leticiā mentē dissoluit. Hinc populo Israhel a mōys p increpatōr⁹ dicit. Gens absqz dñlio est et sine prudētia: vtiā sapent et intelligerēt, ac nouissima prouiderēt. Quia em̄ nec p̄sentia dei bñficia cognoscere, nec sua picula futura p̄uidere poterāt, quasi prudētia sapore in metis palato nō habebat. Duo igit̄ sūt q nobis sp̄ sape debet, et mala videlz nr̄a q euasimus, et grāz dei quā desecuti sum⁹. Gens etem̄ stulta, cum malor⁹ delectatiōnū labore nō memit, eas dē tēptatōnes si qn̄ pulsata fuerit tēptatōe/iterare nō p̄umescit: et quēadmodū mulier, cū angustia pariēdi p̄mit̄/occupiscētiē carnis delcatōez abhoīnat: sed cū memoria doloris a mēte recesserit, itez carnis illecebras occupiscit, totaqz auditate ad eaz xp̄ientiā rapit, qz eis quātus admixtus sit dolor/ nō recordat. Nam, si bene memorie sapet, dolor ip̄e q̄ mālā delectatōez sequit̄, nequaqz ita infregis mēs/ad ei⁹ appetitū theret. Ipa quoqz grā accepta, si aīm⁹ ab eius recordatōe nō desipet, ab iuris ditoris vel solo pudore nos coercere potuisse. Quia igit̄ cicatrices p̄ctōr⁹ nr̄or⁹ nequaqz apirent ad actū, nisi prius putrefacte essent p desideriū: neqz ullo mō p prava desideria mēs intus putresceret, si nō pri⁹ a memoria p̄teritaz miseriaz suaz / et p̄ntis bñficij/dei consideratōne desipisset: plangat iste insipilientiā suā, et dicat: Putruerūt et corrupte sūt circa. m. a fa. m. m. Sed libet at huc desiderare, quare nō sim pliū dixit.

De tēpī, Cum fac michi domine
Ius meus est, mala es
dic deo: Rotum fac
vobis est: dic deo: E
ius mala est: dic d
omini: vobis est: vniuersa pa
tria, qz in rebus istis
vobis, qz in nobis iniurias
superioris p̄tē in corruptōz
magis imputatē defluit, mag
is amittit. Vniuersa is

ab insipientia mea, vel propter insipientiam meam, sed a facie insipientie meae. Verum ne aliquid nobis ista adiectione signare voluerit. Primum ipe modus loquendi considerandus est: quia sepe in diuino eloquio similis positio inuenitur: cum dicitur, a facie domini, vel a facie inimici: siue etiam quod magis obscurum est, cum de rebus humana figuraione parentibus corporeis, nonnunquam etiam incorporeis agitur, facies memoratur: quod in usu loquendi nunc minime esse agnoscitur, tunc tamen fuisse dubium non est, quod satis ex tam frequenti scripturarum positione colligi potest. Quia enim ubique occurrit, faciem declinare non possumus, congrue in scriptura, per faciem presentiam, siue instantiam, atque importunitatem significamus. Quid est ergo, quod cicatrices, non solum ab insipientia, sed a facie insipientie persuasissime et corrupte esse dicuntur, nisi quia dei gratia nequaquam nos usque ad lapsum peccati desereret, si non prius nostra insipientia deo in nobis habitanti dum importuna fuisse. Quia cum per longam negligentiam nostram, a nobis recedere inuitus cogitur, statim cicatrices vulnerum nostrorum, non solum per prava desideria putrefiunt, sed usque ad operationem prauam corrumpuntur.

¶ De. xxxviii.

Notum fac michi domine. finem meum. Via ista pressens brevis est, mala est, incerta est: quia incerta est / dic deo: Notum fac michi domine finem meum. Quia brevis est / dic deo: Ecce mensurabiles posuisti dies meos. Quia mala est / dic deo: substantia mea tanquam nichil ante te est. Uniuersa vanitas omnis homo viuens. Alia est vanitas, quam in rebus istis visibilibus cernimus: alia est vanitas, quam in nobis inuisibiliter sentimus. Ista exteriora vanitas sunt: quia cum in corruptis labitur, spem suam perdunt. Quia autem per iniquitatem defluit, magis miserabilis vanitate iusticia decorum amittit. Uniuersa igitur vanitas, omnis homo viuens:

qret foris p mortalitatem pterit, et intus p inquietatem,
qui si saltē in altero p̄sisteret, v̄muersa v̄amitas nō fuisset.

De. xxxix. psalmo.

Dulta fecisti tu dñe deus meus. m.t. et. c.t. v.e. q
s.l.t. Omnia que sūt deus fecit: et tamen specialiter
illa deus fecisse dicitur, p que homo ad deum reuocatur.
Illa igitur mirabilia deus, quasi non sua, fecit, quoniam
ratio humanam mentem ab amore ipius auertit. Illa autē
mirabilia, que hominem ad amorem dei reuocant, quia nos
suos faciunt, quodam singulari privilegeio, sua dici possūt.
Quia igitur supius, psalmista beatum dixerat, qui ad hu-
ius mundi vāntatem non respicit. Vbi fructuosa possit esse
ammiratio, consequenter adiungit, dicens. Dulta fecisti tu
dñe, mirabilia opa tua, scz opa restauratōis nr̄e, que(n)e
eis fastidū metuas) multa sunt numero, et ne facilitate cō-
temnas, profunda in sacramento. Hoc est em, quod cū dixi-
sset, multa fecisti, tu dñe deus, mirabilia tua: statim ipsam
eorum profunditatem demonstrare volens adiunxit: et co-
gitacionibus tuis non est quis similis sit tibi: ut et multitudo
mirabilium varietate delectationem afferat, et profunditas
exercitacionem.

De. xl. psalmo.

Si ingrediebatur ut videret v.a. l.c. e.c. i. sibi.
Magnū malum est curiositas, seqz a vicio alienū
non esse indicat, quis quis animū suū ad suspitionem facile
metimat. Neqz em alieni peccati suspectus, cor eius viceret,
si non prius eiusdem peccati affectus, in eo radicasset. Ju-
sto ergo iudicio, dum ex sui cordis prauitate, fallam, de a-
lio existimationem colligit, per eandem se existimationem
in affectum prauitatis amplius accedit, et inde veracit
mens sua corrumperit, unde fallaciter aliena actio insimul-
latur. Propter quod, psalmista contra eiusmodi loquens/
dicit: Et si ingrediebat ut videret, vana loqbat. Curios?

etem quisquis, tūc quasi ad videndū ingreditur, qñ alienū
secretū sagaci studio pscrutat. **V**ana loquit̄, qr ut minus
suspectus esse possit, eos a quibus caueri nō vulg, sed diligē
gere fingit. **D**einde iiquitatē congregat; qr cū libere admis-
sus fuerit, quicquid reprehensibile inuenire potest, fraudus
lenter in corda suo coaceruat. **C**ōgregat aut̄ paulatim mi-
mīma, vt post longū silentiū, cūcta simul obiecta plus noce-
ant, q̄ minus opinonē ledērēt, si p se singula prolatā fuis-
sent. **S**ed qr hoc nō correctōis, sed lēsiōis affectu iinquus
opatur, sibi potius nocitura colligit: qr sicut dictū est, vnde
aliena actio fallacit p infamia obfuscatur, inde vaciter
mēs ei2 p nequiciā stabescit.

EDe. xlj. psalmo.

Quemadmodū desi. c. ad f. a. i. d. a. m. ad te d. **N**q,
sūt dona dei, fons aquar̄, auctor est donor̄. **F**onte
aque desiderat, cui2 desideriū nō impletuit, donec
ad deū pueniat. **R**ui dona dei, ppter deū nō amāt, hi quasi
aquas, et nō fontē desiderat. **S**uminū aut̄ bonū, ideo p̄ alii
noīe, fontiū, exprimē, qr lic̄ in se vnu sit, oīm tñ origo bos-
nor̄ in ipo dñinet. **V**iuus fons, qr viuiscat. **V**iuus fons, qr
indeficiēs p̄seuerat. **I**deo, sicut ceruus desiderat, qr vetu-
statis defectū repare exoptat, sed differt desideriū, vt cre-
scat. **S**ed qr oīs mora desiderati lōga est, exclamat, qñ ve-
mās qñ puenīas qñ appebo ante faciē dñi, ut nō videri, sed
videre incipiā, q̄; prius visus, nō videbās. **S**ed hoc nūc desi-
derari potest, haberī nō potest. **R**uid ergo interims. **S**uerūt
michi la. m. p. d. ac nocte. **P**ascat doloribus, requirā fleti-
bus, vocabo suspirijs, lacrimę nutriēt desideriū, donec p̄:
sentia satier affectuū. **F**lebo, qr abest qd̄ desidero. **F**lebo,
qr adest qd̄ nō amo. **N**ō amo p̄ntem infelicitatē, desidero
futurā b̄fitudinē. **I**rriguū supius, qr desiderat aīā mea ad
deū fontē viuū, irriguū īferius, qr d̄r m. c. v. est d. t. **H**oc
ad p̄ntē miseriā p̄nnet, q̄ oppria malor̄ sustineo, qr ērenā
felicitatē nō amo. **E**t quia me in p̄nti felicitate derelictum

22

aspiciunt, me deum non habere insultantes dicunt. **H**is igitur insultationibus fractus, sed ad se metipsum reuersus, et qualis sit presentis vite conditio considerans, a tali se misero castigat, dicens: **H**ec recordatus sum, quoniam transibo per tabernaculum ad domum, id est per laborem/ad requiem: quasi dicat. **C**um de presentis vite/molestia contristatus sum, qualis sit presentis vite conditio, recordatus non sum. **N**unc autem recordatus sum, quia nemo potest puenire ad requiem, qui prius noluerit immiter sustinere laborem. **R**uia transibo per tabernaculum ad domum. **T**abernaculum est presens ecclesia, dominus est celestis patria. **I**n tabernaculo locus tutus est, quod extra fidem tutam mansio esse non potest. **N**ec solum transibo per locum tabernaculi, sed in locum tabernaculi, id est, de infidelitate ad fidem, de fide ad beatitudinem. **I**deo in locum, ut fidem rectam, non solum tenere incipiam, sed usque in finem in ea permaneam. **N**ec terzere debet labor certaminis: quia mirabile est tabernaculum, et multa iam in eo fulgent exempla virtutis. **E**t quia pro tabernaculum ad dominum, id est, per laborem ad requiem transitum esse agnoui, ideo animam meam iam amplius extra me non effudi. **S**icut angustia animi constringit, sic leticia diffundit. **R**uis quis ergo in rebus trahit ovis letari appetit, extra se ammaz suam effudit. **S**upra se autem anima effunditur, quoniam pro contemplationis gaudium in amore conditoris dilatatur. **S**ed cum anima intra se effunditur, statim animalitas, que exteriores delectationem amat, contristatur: quia unusquisque fidelis nutrit rationis corrigere debet, dicens: **R**uare tristis es anima mea! **R**uare doles te perdere, quod non potes retinere? **R**uare conturbas me? **R**uia tibi per naturalem affectum coniunctus sum, in tua turbatione ego inturbatus esse non possum. **S**pera in deo: quia si nunc pro eo transitorias delectationes sponte respuis, permansuras postmodum ipso

tribuente, consequeris. **R**uoniam adhuc, confitebor illi.
Cum adeptus fuero quod spero, tunc laudabo illum, et cō-
 fitebor illi: de quo dubitandum non est, quia ip̄e est saluta-
 re vultus mei, id est, similitudinis meę idem homo, et est
 deus meus. **N**on est dubitandum, quin mortalibus promis-
 sam hereditatem tribuat, quem pro salute mortalium as-
 sumpsisse mortalia constat: et qui pro nobis nostram mor-
 tem pati voluit, multomagis nobis vitam suam donabit,
 quod potest facere, quia deus est. **V**t nec de voluntate eius
 dubites, qui pro nobis homo factus est, nec de potestate,
 quia deus est. **N**ō meipsum anima mea conturbata est, ad
 me solum referendum est: quia nisi prius peccatum meum
 p̄cessisset, caro foris corrupta non esset: et ideo eius cor-
 ruptio ad meam conturbationem iuste reducitur, quia ex
 mea culpa primum eius corruptio oriebatur. **V**el ad meip-
 sum, id est, in meipso: quia et si foris conturbationem non
 inueniat, ipsa eam suę conditionis corruptio conturbat.
Id est, hinc extēnora incitamenta peccati desinant, ipsa
 tamen vicia ex naturali me corruptione orta conturbant.
Ruq ergo adhibenda sunt remēdia, contra recidua pecca-
 ta? **B**aptizari iterum non possumus, et tamen vice baptisma-
 tis contra quotidiana peccata/quotidianum fontem lachry-
 marum habemus: et si sepius baptizari prohibemur per
 aquam, nunquam prohibemur per p̄mittētiā. **S**equitur
 ergo nos gratia primi baptismatis in p̄mittētiā, sicut po-
 pulum Israhel per desertum gradientem, aqua de petra:
 vt quotiens in huius vītē deserto, per peccatum arescimus,
 p̄ p̄māz reficiamur: q̄r ergo quotidie āīā n̄ā ad nos metīpos
 turbat, mēores dei simū de ēra jordanis, vt sc̄ illā adhuc
 remissionē q̄ramus ī p̄mittētiā, q̄j olim accepimus ī aqua:
 et tāto fiduciali, q̄to nos ī p̄i sacramēto sigtos ēē dgo-
 scimū. **R**uid ei p̄ jordanē recti accipiē, q̄j baptismū: et q̄d
 p̄ ērā jordanis, nisi hūana nāta abluta fonte baptismatis.

45

Duo sensus in homine sunt, unus carnalis, et alter spiritualis: et uterque suum bonum habet, in quo exultat et gaudet. Gaudet carnalis sensus atque tripudiat, in aeris serenitate, et solari claritate, in ciborum et potuum dulcedie, in locorum amaritatem, in fluminis iocunditate; et hic sensus bestialis est: Namque bestias et volucribus duemur. Spiritualis vero, exultat et gaudet, lumine divino superius infuso, quod contemplatus duemur: gaudet etiam in virtutum exercitatione, in coleda iusticia. Et cum exterior sensus carnalis suo bono vtitur, tunc mentis interior sensus, quasi obdormit. Num ottingit enim qui bonorum huius iocunditate non capit, interiorum quoniam bona sensus agnoscere, nam non permit exteriora, quod dulcedine bonorum interioris sensus rapitur. Inde est, quod viri religiosissimi, stulti mundo esse videntur.

De sapientia.

Sapientia a corde procedit, et exit per os, et intrat per aurem, et in corde requiescit. Nec discedit unde exit, et accedit ubi non fuit. Estque velanda atque ornanda sapientia, cum exit ad nos. Dei sapientia, cum primum in rerum creatione, ad nos egressa fuit, non nuda exiuit, sed specie rerum creatarum induita nobis apparuit. Secundo, eadem sapientia, id est filius dei, cum se nobis manifestauit, in umentum carnis assumpsit, et sic visibilis apparuit. Tercio, sacro verbum verborum induita, eadem sapientia intellectui nostro se presentat. Oportet namque, propter nostram fragilitatem, ex visibilibus ad invisibilia descendere. Sic quoque nostra sapientia

semper egreditur velata. Habet enim legem formosę mulieris, que si in veste preciosa icedat, pulchior apparet: si vero in veste vili, quasi exterita vilescit forma. Sic etiam sapientia, pulchro scemate verbis indua, nescit, vili vero indua, vilescit. Unde dicit: Lingua prudentium ornat sapientiam. Cor est ager, sensus radix, cogitatio palmae, verbum botrus, auris torcular, sapientia vinum, memoria apotheca. Sensus est habilitas intelligendi, id est, cognoscendi, et procedit a corde, et ab ipso cogitatio, a cogitatione vero verbum, et a verbo sapientia, que intrat per aurem, que sicut torcular, separat significationem a voce, per ipsum ingressa.


De dupli sapientia.

Duplex sapientia est, una inferior, altera superior. Inferior sapientia, in naturis rex habet, superior in invisibilibus essentijs. Philosophi autem gentilium, in inferiori sapientia illuminati fuerunt: nam verum, in rebus visibilibus secundum elementa huius mundi, efficaciter comprehendenderunt: verum autem summum apprehendere ne quieverunt. Unde est quod dicitur: Et euaneunt in cogitationibus suis. Nam, cum ex visibilibus ad diuinam essentiam concenderent, volentes quedam in ea asserere, similitudine rex cretarum, secundum humanum rationis comprehensionem, in ea assertione euauerunt: ut quando dixerunt, de theologion, et non, et anima mundi, asserentes, ea esse tria principia; et tamen in qualia: cum non in inferiorem theologion esse dixerunt, et animam mundi utrumque. Nec tamen negatur, recte eos dirisse in quibusdam, ut cum dixerunt, originales rerum causas in mente consistere diuina et talia.

De obedientia.

Oqedam sunt ita mala, ut nunquam licite fieri possint: quodam ita bona, ut nunquam possint sine culpa intermiti. In illis, nunquam obedientia exhibenda est, ut fiant, ne quis in his, ut non fiant. Sunt autem quedam in media, que pro tempore, loco, et causa, nunc bona sunt, quia bene fiunt:

nunc vero mala, quia male sunt. In his ergo preceptū obedientiē locum habet, siue ut fiant, siue ut non fiant, cum bene fieri potest, ut fiant vel nō fiant. Ex his autē quedā; ex ratione p̄cipiuntur, quedā scđm rationē, quedā; p̄ter rationē. Ex ratione p̄cipiuntur, quoꝝ causa manifesta, cur p̄cipi debeat et fieri. Sedm rationē p̄cipiūtur, que et si causam manifestam non habent, cur p̄cipi debeat, hñt tamen manifestam cām, cur bona et rōnabilia sint si fiant: p̄ter rationē p̄cipiūtur, in q̄bus nec causa apparet aliquā, cur p̄cipi debeat, nec ratio extat, cur fieri debeat: que tamē, nisi fiant, nec rō ledit, nec iusticia violatur. Preceptū ex ratione est, ut cum criminis/et publice penitētes, ab ecclesiis lūibus abstinere iubentur. Preceptū scđm rationē est, ut si quis, que in hoc mundo licite possidet, cuncta pauperibus erogare p̄cipere tur. Preceptum p̄ter rōnem, sicut quos daz sanctoz patruz legimus, multa ridicula, et a rōne humana aliena, ad expiendam obediētē virtutē subiectis p̄cepisse, ut est videlicet, siccos stipites/donec germīma producerent irrigare, dura sara aqua supfusa mollire, feroces verbi impio domare, et cetera huiusmodi. In his ergo, que ex ratione p̄cipiūtur, obedire, debitum est, non obedire, p̄gnalis culpa. In his, que scđm rationē p̄cipiuntur, obedire, meritum ē, non obedire, venialis infirmitas. In his, q̄ p̄ter rationē p̄cipiuntur, obedire, p̄fectum est: non obedire, minus laudabilis bomitas. In his, que ex ratione p̄cipiuntur, non obedire, obedientiam destruit: in his vero, que secundum rationem, et p̄ter rationem p̄cipiuntur, nō obedire, obedientiam ledit. et ibcirco in his duobus vltimis, nō obedienti meritum minuitur, in illo vero primo, non obedienti, pena debetur.



De malo, et peccato.

Solus deus est, cui⁹ bonum est idem, quod ipse est. Ideoq; solus, malus ipse esse nō potest, quia bono

suo priuari non potest. Cetera vero omnia, aliud sunt quod bona sua. Ideoque cetera omnia, vel mala sunt, vel mala esse possunt: quia bonis suis vel amissis carent, vel habitis priuari possunt, et quae priuari non possunt, gratia priuari non possunt, natura possunt. Sic ergo omnis res aliud est, quam bonum suum, et esse naturaliter potest, propter bonum suum, et cum habet bonum suum bona est, et cum non habet, mala. Sciendum item, quod summum bonum, unum quidem est, sed omne bonum in ipso est, et omne bonum ipsum est. Ideoque nec augeri potest, quia perfectum est: nec minui, quoniam eternum est, ideoque semper est, quod est. Cetera autem bona omnia, quia ex parte sunt, augeri possunt: et quae mutabilia sunt, minui possunt: quia vero aliud sunt abeo cuius sunt, possunt amitti. Quia vero in universitate rerum, duæ enim sunt nature, corporea scilicet, et incorporea naturae que sic ad invicem ipsæ diuersæ sunt, sic et bona earum, cino eadez esse non possunt. Aliud est igitur, bonum incorporeæ naturæ, atque aliud bonum corporeæ naturæ. Et utraque, cum bonum suum habet, bona est, cum vero bonum suum non habet, hoc malum eius est, et in ipsa mala est. Bonum incorporeæ naturæ est cognitio veritatis, et amor virtutis. Bonum vero corporeæ naturæ est, decer pulchritudinis, et integritas sanitatis: et est similitudo hinc inde inter bona ipsa, et quae a se alia sunt, inter se dissimilia non sunt. Est enim quasi pulchritudo quedam spiritualis naturæ ipsa cognitio veritatis, et quasi sanitas quedam est amor virtutis, et est pulchritudo foris, et pulchritudo intus: et sanitas foris, et sanitas intus. Et cum pulchritudo tollitur, succedit fœditas et turpitudo, et malum est hoc, sed non dum dolor facit, nec impigerit cruciatum. Cum vero sanitas tollitur, succedit corruptio et dolor, et fit malum magnum: ut maius constet malum, non amare bonum, quam non cognoscere verum. Privatio bonorum corporalium, malum est,

et tantum malum: priuatio vero spiritualium bonorum, ma-
 lum est, nec solum malum, sed etiam peccatum. **I**sta igit
 culpa est, et illa pigna. Priuationem cognitionis veri, igno-
 rantia consequitur. Priuationem vero amoris boni, conve-
 nientia mali: et sunt duo mala ista, a quibus omnia ma-
 la oriuntur. Ignorantia facit, ut facienda non faciamus:
 concupiscentia vero facit, ut non facienda faciamus. Non
 facere facienda, delictum est: facere non facienda, pecca-
 tum. **S**ciendum autem est, quod malum substantiae dictu,
 ipsam tantum boni priuationem significat: denominatiue
 vero acceptum, actum mali siue effectum siue explicatio-
 nem eius demonstrat. **N**am, et malitia malum dicitur, et
 actio mali malum vocatur: sed aliud substantiae, aliud de-
 nominatiue. **O**mne peccatum, penes voluntatem, et in sola
 voluntate, peccatum est: et tamen actio peccati peccatum
 vocatur, quia in ea peccatum perficitur, et expletur, et ex-
 plicatur. **N**ec duo peccata sunt, peccatum, et actio pecca-
 ti, sed unum peccatum, quod motu mentis inchoatur, ac de-
 inde motu corporis perficitur. **O**mne enim peccatum, a mo-
 tu mentis, initium sumit, et inde excrescit in consummati-
 onem, dum vel actione corporali expletur: vel si effectum
 corporalem habere non potest, pleno consensu confirma-
 tur. Consensus autem duplex est, alius non resistendi ma-
 li, alius faciendi malum. **O**mnis quippe motus mentis vel
 ad deum, est per conuersationem, cum bonus est. vel cum ma-
 lis est, per auersionem a deo: ipsa auersio malū est, et pec-
 catum. **E**t quia multis modis mens a deo auertitur, multa
 genera mali, et multa peccati genera esse dicuntur. Semper
 tamen, principium auersionis/principium peccati est, et
 ipsa auersio peccatum. **E**t crescit ille prauus auersionis mo-
 tus, et exundat in peius, et venit primum in delectationem,

Deinde in consensum non resistendi malo, quod pro passionem
facit, deinde in consensum faciendi malum, quod plena; ge-
nerat passionem: et tunc peccatum in se consummatum est.
Exit tamen aliquando usq; ad expletionem corporalis acti-
onis, que videlicet actio cum in se essentialiter peccatum
non sit, tantum tamen peccato adicit, quantum ipsum qui
in mente est peccati motum, accedit. **N**eque enim motus cor-
poris motui mentis additur, ut in ipso crescat. sed ex ipso
motu corporali illi mentis spirituali motui causa sumitur, ut
in se argumentum accipiat: sicut follis cuius accedit ignem
auget, non ignem ignorando, sed ex igne ignem, ut am-
plius ferueat et calefaciat, cum unus et idem sit ignis / exci-
tando. Itaque etiam prava volentibus, motus mentis pecca-
tum est, motus vero corporis / explicatio peccati. **A**via in
eo, q; mens motu suo a deo auertitur, culpam agnoscimus.
In eo autem, q; motus corporis motum mentis sequitur, na-
turam solam inuenimus. Motus voluntatis per se, est pri-
mum in cogitatione, deinde exit per motum corporis in ope-
ratione. **M**alus motus per se deorsum fluit, sicut massa plu-
bi liquefacta, qua via aperitur illi, per se precipitatur. Mo-
tus bonus, quia sursum est, per se ire non potest.

Duo denarij, qui in procuratione vulnerati expendū-
tur, sunt debitum preceptum quo doctrina, et debi-
tum rotu, in quo exemplum: vel duo testamēta, vel duo gla-
di, vel duo iudicia. **V**etus testamentum, quasi vīndex, iu-
dicat crimina, et corporali gladio percutit ad pūmentum:
nouum testamentum, quasi medicus, iudicat morbos, et spi-
rituali gladio percutit ad sanandum. **S**i quid rigore vel levi-
tate supererogatur redditur, si nihil, non erigitur.

De eo, qui malum, vel bonum facit.

O vi malum facit, et male facit, postea p̄mitenti vtrūq; dimittitur, et quod facit malum, et quod sic facit male. Qui bonum facit, et male facit, postea p̄mitenti quod male facit dimittitur, quod bonum facit, reseruatur, et adiuncta intentio bona, nominat opus bonum.

De nature hominis comprobatione.
Homo nudus nascitur, pecus vestitum. Plus ergo illis confert natura, quibz non ē prouidentia. Homo sibi dimittitur, vt naturę eius dignitas comprobetur, et ratio exercitetur.

De egressu et regressu sapientie.
Exiit a patre, et venit in mundū, iterum relinquo mundum, et vado ad patrem. Primus exitus sapientię est a sinu patris/ad cor hominis. Secundo, induita voce per os egreditur, et venit ad aurem, ibi qz se expolians, per auditum cordi illabitur, vt iterum mundum relinquentis, per cordis contemplationem/ad patrem reuertatur. In corde radicat, in ore pullulat, in aure torculatur, et iterum a cordis apotecea recipit. Vox vestimentum est sapientię, sicut scriptum est: Lingua sapientium vel prudentium ornat sapientiam. Et sapientia non egreditur/misi induita, nec regreditur/misi exuta. Similiter species creature, vestimentum est sapientię, quo opera, egreditur et videatur, sicut scriptum est: Confessionem et decorum induit, amictus lumine sicut vestimento. e.c.s.p. et cetera.

Doqua dei lumina sunt, et ipse auctor donorum, pater est lumen. Npud quē, nō est transmutatio/ne visus in similitudinis obumbratio: quia nec illuminans transmutatur, neq; non illuminans obscuratur. Generans enim nō degenerat, et non generans nō caligat: quia nec inferior est exiens, nec obscurior latens: lumina eius, quādo ad nos veniunt, ab ipso non recedunt, et quando a nobis redeunt,

apud ipsum clarescunt, quando ad nos descendunt, in nobis non deficiunt, et quando a nobis recedunt, memorationem pro nobis non recipiunt: itaque non transmutatur in nos, quoniam participanda remunt ad nos, nec obumbrantur in se, quando ab illuminatis et obumbratis redeunt, et remanent in se.

Secundum Exsterium de Simeone.

enectus Simeonis defectus veteris hominis, baulatio Christi pueri assumptio noui. Gaudium Simeonis, oblatio salvatoris, purificatio virginis, deuotio mentis, exhibitio operis, consummatio virtutis.

Decimus Quomodo sapientia parturiebatur.
ondum erant abyssi, et ego parturiebar. Concepserat deus sapientiam, in praesentia futuri. parturiebat in voluntate creandi. perficit in procreatō effectū.

Simpliciter est origo aspirationis, a Deo, a diabolo, a natura. Quae a natura sunt, precedentē habent causam necessitatis. que a deo sunt, aut a diabolo, subito auemunt et improvisa, a deo bona, a diabolo mala. Aliquando remunt que bona videntur, et non sunt. et hec similiter a diabolo sunt: quorum origo exitu probatur, hoc est, probate spiritu, si ex deo sunt.

Quinq; sunt iuga. Jugum iniquitatis, iugum mortalis, iugum legis, iugum propriei voluntatis, iugum caritatis.

Decimus De domino, et muliere, et diabolo.
ommus dixit: In quacunq; die comederis ex eo, morte morieris. Mulier dixit: Ne forte moriamur. Diabolus dixit: Nequaquam moriemini. Dominus affirmavit, mulier dubitauit, diabolus negauit. Qui ergo dubitauit, ab affirmanti recessit, et neganti appropinquauit. Si mulier non dubitasset, forte diabolus non negasset, sed dedit audaciam que inchoauit maliciam.

Sicut sit Babilon, et vnum et alterū in ea.
In Babilone non requirit vnum alterum, sed respondent vnlig sibi in delubris eius. Parum est, ut in celo ordinata sint omnia, sed hoc mirum est, quod etiam confusione mundanam mordinatam, non relinquit sapientia diuina. Respondent enim opera sibi etiam tenebrarum, et non est quod requirat alterum: quia iusta ordinatio nihil requirit mordinatum, et vnicuique quod suum est tribuit, et quod sibi confusum est, illi sine ordine et dispositione esse non potest. Sed et illa confusio in terrena cordium malorum, non effugit dispositio; illi, ut lucifuge cogitatrices, et desideria tenebrosa in occulta fluitatia, residet sibi: quod iustum iudicium sic per sapientiam cuncta intelligit, ita per equitatem nichil sine retributio; relinquit.

Non transmutatur deus, ex eo quod ipse est.
Non transmutatur deus, ex eo quod ipse est, non patitur vicissitudinem, qui in ipso est. Nam, quod ipse est, immutabile est, quod in ipso est, et non est non ergo transmutatur, ut alii sit, non patitur vicissitudines, ut alii sit. In patitur corroboramus ad spe. in nomine instruimus ad beatitudinem. in qui es in celis, erudimur ad petitionem.

Questerium de forma celo et terre.
Qualis era, tales tremunt, et quae celum tales celestes: superius cuncta equalia sunt, deorsum sunt montes et valles / et alta et profunda / et beatitia et excelsa / et dissimilitudo beatitatis cuncta. Mortalis quippe vita planum iter habere non potest, sed exaltat et beatificat / et nunc exactate ostendit / nunc abruptum perfert / et casum mutatur: propter hoc quod era, tales tremunt, superius vero non est, ubi offendas, vel precipiteris, aut iecliter abules, sed planum, et exalte, et desenties, et moderatum totum, et quale celum, tales celestes.

De serie temporum et affectu temporum, et quod sit maior artium.
Preredita punitia et fuga, qui unum corporis eternitatis perficiunt. posterita amare, si pietates, punitia stulti, fuga prudenteris. posteriorum ipsitas est, punitum cupiditas, fuga caritas, necessitas maior est artium.



De desiderio iusticie, et fructu eius.

Beatū qui esuriunt, et sitiunt iusticiam. Ergo non satiati, sed esurientes beati sunt: nec ideo tamen beati, quia esuriunt, sed ideo, quia saturabuntur. Si em̄ desiderium semper esset, et effectus nunq̄ esset, p̄gna potius et miseria, non beatitudo hoc esset. Sed misericordia dei nostri sanctis desiderijs indubitatum sp̄opondit esse: et ppter ea beati sūt qui desiderant, qm̄ hic primū bonum est: et q̄ solū vita mortalīs et p̄mis addicta/seq̄ possit velle bonū, qm̄ habet, et frui vita ventura sibi vendicavit. Ideo non iustos beatos dicit, sed esurientes et sitiētes iusticiam. Si em̄ solos iustos beatos diceret, quis sibi hoc arrogaret? Propt̄ hoc resperxit imperfectōz nrām, ut d̄clareretur infirmitatem nrām: quia, si hoc eē nō possum⁹, velle tñ hoc esse, ip̄o adiuuante, et desiderare valem⁹. Et hoc iterū, quia nō desiderantes gl̄iam, sed iusticiam, beati vocant: q̄ multi patriā se amare dicūt, s̄ viā tenere nolūt. H̄ia autē et b̄titudo patriā ē, iusticia aut̄ via: et n̄ p̄nt ad patriā vertere, q̄ viā nolūt tenere. H̄uis est qui d̄modum non appetat. Sed non omnes iusti esse volunt.

De sacramento corporis xp̄i.
Domīn⁹ ihūs xp̄s, vt on̄deret diuinitatē suā refectōz eē atāz nrāz, carnē suā i cibū nobis p̄posuit. Et rursum, ne humāna infirmitas hanc sumptionē horeret, consueti edulij specie illam velauit.

De duplii gloria regis salomonis.
Gredim⁹ fili⁹ syon, et videte regē salomonē i diademate, quo coronauit eū mater sua. Egredim⁹ fili⁹ syon. Egredim⁹ et igredim⁹, et videte regē salomonē. Egredim⁹ et videte i eo, q̄ mater dedit. Ingredim⁹ et videte in eo, q̄ pater dedit. H̄d em̄ m̄ dedit, foris ē: qd̄ p̄ dedit, iustus ē. Mater dedit infirmitatez, p̄ dedit maiestatē. Mater dedit substantiam carnis, pater dedit consortium deitatis. Mater dedit, in quo vicit: pater dedit, in quo regnauit.

Mater dedit, in quo victor coronatur: pater dedit, in quo regnans adoratur. In eo, quod a patre habet, de supermis prostravit superbum: in eo quod a matre habet, in inferis spoliavit auarum. Ibi victor ab angelis collaudatur, hic vincens et triumphans ab hominibus glorificatur. Egredimini ergo filii syon, et videte regem salomonem. Egredimini et videte quod foris est, et laudate: ingredimini et videte quod intus est, et adorate. Egredimini per compassionem: ingredimini per contemplationem. Egredimini visitantes pati entem: ingredimini ammirantes gloriantem. Egredimini et fouete in membris suis adhuc infirmum: ingredimini et videte in seipso excelsum. Si pios senserit humilis, pius exhibebit sublimis.

De gloria et pena corporis humani.

S

unta est dignitas animae christiani, si corporis gloria tanta est. Quantum enim spiritus hominis rebus omnibus, que videntur, excellentior esse probatur, cum cuncta corpora in obsequium condita sint corporis humani. Vnde merito, penalitate et miseria cunctis viuis factum est, quod conditione celsius et sublimius fuerat constitutum. Cum autem reparatum fuerit, sublata e medio corruptione, quod cunctis melius est corporibus suscipiet: et tunc, quoque sine miseria, subiectum erit spiritui ad gloriam, cui nunc in miseria est sociatum ad penam.

Quid significat, quod moyses inter deum et populum mediator fuit.

Mcriptum est: quia non potuit populus loqui cum deo, et petiit mediatorem moysen. Et tradidavit hoc dominus, et dixit, quia prophetam suscitaret, qui mediator foret, et per ipsum mandata daret ad populum.

Rue enim misibilia dei sunt, carnalia corda percipere non potuerunt, et contemperavit se nobis deus, per humanitatem filii sui, ut ipsa mediante, diuina percipiamus. **I**nfirmas autem mentes terror maiestatis opprimerebat, et splendidum lumen lippientes oculos obfuscaret, nisi nubes carnis intercedens, et contemplationem excipiens, corda tumida blandimento visionis demulceret.

Tunc est, quid est, ve soli.
Que soli, quia cum ceciderit/non habet subleuantem.
Duo sunt, qui fecit, et quod factum est. **N**on au-
xtez potest bene esse illi, quod factum est, sine eo, qui
fecit illum. **Q**uod factum est, per se cadere habet, surgere
non habet. **H**ui autem fecit quod factum est, cadere non
potest, sed quod cadit subleuare potest. **P**ropterea igitur
melius est, ducs simul esse, q̄ vnum solum.

Drum diuisit iniquitas/inter deum et hominem,
deinde diuisit ipsum hominem. Postea venit cari-
tas, et composuit atque confederauit, primum deum
et hominem, deinde ipsum hominem. Iniquitas bene vni-
ta/male diuisit, caritas male diuisit/bene vniuit. Similiter,
iniquitas bñ diuisit vniuit, et caritas male vniuit bene diuisit.
Iniquitas ergo diuidit et vniuit, et caritas diuidit et vniuit.
Nouissime sequitur mors, diuidens et ipsa, propter inqui-
tatem, vniuit autem per conditionem ad caritatem. Mors, di-
uidit corpus et animam, iniquitas, diuidit deum et animas:
caritas, diuidit spiritum et concupiscentiam. Mors, diui-
dit vnitatem conditionis, iniquitas, diuidit vnitatem recon-
ciliationis, caritas diuidit, vnitatem ab alienationis.

88

De triplici operatione philosophie.

Naturalis operatio philosophie per sensus agit, in res subiectas, et descendit ad singularia, sine experientia sensuum infirma, quibus quasi baculo sustentationis innititur, per se incedere non valens. Rationalis operatio philosophie, extra sensus est a gens in universalia, sola ratione vigens. Artificialis operatio, rationale instrumentum habet, et naturalem probat.

De triplici eruditione, et dupli operatione spiritus.

Solidam ab intus erudiuntur, quidam a foris sensum hauriunt. In illis stabilis est spiritus sapientie, in istis mobilis: ad illos pertinet meditatio, ad istos speculatio. Illi acumine sensus occulta penetrant, isti agilitate transvolant ad longinqua. Et qui non discernunt spiritus, putant motum meditationis pigritiam, et speculationis motum levitatem, cum corpus ab amino qualitate sumit. Sicut spiritus illuminat, sic accedit. Et quos illuminat, cognitione veritatis illuminat, et quos accedit, amore virtutis accedit. Et sepe non discernitur operatio eius in utroque, et dicuntur pigris stabiles, potentes amissimo, et comprehensione efficaces, leues, compuncti, tristes, lascivi, spiritu hilares, et fit sine spiritu iudicium spiritus: et errant homines in iudicio, cum quisque solum hoc bonum putat/quod amat. Similem vero demonstracionem habene meditatio et compunctionio: et similem pariter, speculatio et exultatio: quoniam ab animi qualitate motus corporis formatur, et constat in alio quidem grauitas/sine pondere. in alio levitas/sine instabilitate. Meditatio et compunctionio, ad Iohannem pertinent. Speculatio et exultatio, ad christum. Alius dixit, planximus vobis, et non plorastis. Alius dicit: Saltauimus vobis, et non risistis. Demit Iohannes non manducans/et non bibens, et dissipatis, demonium habet.

Venit filius hominis manducans et bibens, et dixistis, ecce homo potator vim, et peccatorum amicus; sic peruersis peruersa sunt omnia.

Scriba doctus in regno celorum, qui profert de thesatro suo noua et vetera, Noua sunt solationes, vetera increpationes. Vetus enim lex, penam proposuit, qua tereret, noua misericordiam qua soueret. Quare ergo prius noua, post vetera: Quia pietas loquitur, ideo prius palpat, postea percudit. Pusillamnes enim prius solatōe fouendi sunt, ut surgat, postea fratre confirmātione cadat. Cōtumaces et duri, prius increpāti sunt, ut timeant, postea solatione fōuendīne desperent. Cum ergo pietas loquitur, noua et vetera: cum seueritas loquitur, vetera et noua. Vel ideo secuntur vetera, non precedunt: quia ex adiecto et superhabundanti esse debet, quod durum est, et pena; huius caritas maior.

Deinde est, quod Joseph fratribus suis prohibuit, ne contendarent in via.

prohibet Joseph fratribus suis, oneratis asimis, ne contendant in via: quia Christus in huius virtutē itinere, si quoniam nobis abundantiam tribuit, pacem tamen et concordiam ad inuidem pro eadem frangere et violare non concedit.

Sicut virtus et veritas simul esse volunt.

Cum cum dictum esset de spiritu sapientiae, quoniam acutus est, subiunctū est statim, quoniam illi vetat benefacere. In philosophis gentium acumen spiritus erat, sed idipsum benefacere volebat: quod illoz intentio, quo magis per acumen mouebatur extranea querere, eo magis per occupatōe; impediebatur propria considerare. Vera autem sapientia spiritu virtutē habet comitez: quod hoc magis appetit scire, quod magis expedire esse. Unde adhuc de ipso dicitur: Certus suavis, amas bonum. Certus scilicet experientia, suavis gustu, amas bonum: quod non potest odire in ope, quod vel diligere in cognitōe.

De dupli amore.

Tria sunt genera hominum. **S**unt qui amāt solum deum, **H**uij edificant super fundamentū aurum, argētum, et lapides p̄ciosos, in amore virtutis aurum, in cognitione veritatis argentum, in icorruptōe boni operis/lapides p̄ciosos. **S**unt alij, qui amant aliud p̄ter deum, tñ nichil d̄tra deum, neq; aliud plusq; deū. **I**n his funda-
mentum qđem manet, qđ amor dei nō destruit, s; tñ ex affe-
ctu eoz q̄ pariter amātur, qđ qdaz corruptio d̄trahitur, lig-
na et fenum et stipula, supedificantur. **I**n ligno peccatu, illiciti opis, in feno sine ope peccatū prae delectationis,
in stipula illicite culpa cogitatōis. **S**unt alij, qui amāt que-
dam d̄tra deum: et i h̄is fūdamētū oīno destruit, qđ amor
dei oīmo esse non potest, vbi nō est vel solus/vel summ?.
Igitur, ad primos p̄tinet laudari et saluari, ad secundos
corripi et liberari, ad tercios argui et dannari.

De quatuor timoribus.

Quatūor sunt timores, mundanus, seruialis, initialis,
filialis. **M**undanus, pro evitanda imimenti pena, bo-
num dissimulatur, retenta volūtate boni. **S**erui-
lis, pro evitanda pena imminenti, bonum simulat, retenta
voluntate mali. **I**nitalis, pro evitanda pena ventura, etiā
malam voluntatem mutat. **F**ilialis, pro reuerentia creato-
ris, sponte bonam voluntatem confirmat. **I**nitalis, nec-
sitatem boni habet, filialis voluntatem. **T**res primi respo-
ctu p̄gn̄e sunt, et penā h̄nt: quartus nec respectu p̄gn̄e est,
nec penam habet.

De dupli voluntate in xp̄o.

Nxpo, carnis ifirmitas passionem horruit, sed erat sp̄ni-
tus, medius inter deum et carnem, qui voluntatem carnis,
patris voluntati subiecit. **C**um ergo christus dixit: pater,
si possibile est, transfer a me calicem istum, professus est,
quod sensit in carne. **C**um vero dixit: non mea voluntas,

sed tua fiat: professus ē, quod deliberauit in spiritu. Erat
volūtas patris, ut xp̄us moreretur, erat volūtas carnis, ut
a morte liberaretur: erat spiritus medi⁹ dñans carni, obe-
diens patri. Volūtas patris, dispensatio erat, volūtas car-
nis natura erat, voluntas sp̄us virtus erat. Ideo voluntas
patris honorabatur, voluntas carnis dirigebat, volun-
tas spiritus coronabatur.

Expo xp̄s in hoīe, mūdiciē et huīlitatis dat exemplum.

Dei sapia, p̄ quā hō factus fuerat, ut i illa beatus ess⁹,
lapsu hoīem p̄dere noluit. Et ē illa sursum esset
maiestate, ille deorsū iaceret iſfirmitate, descendit
ad eū ubi ceciderat, ut leuaret eū ad id, unde descenderat.
Sapia igitur, sursum pams erat, et versa ē deorsum in lac.
In diuīntate pams, in huāmitate lac. Et nutrit⁹ est pūl⁹
sensus lacte huāmatus, ut crescēt et dualescēt capere pos-
set cibum diuītatis. xp̄us ergo, in celo pams, et i terra lac.
xp̄us i celo, ex patre sine m̄re, deus: xp̄us in terra, ex m̄re si-
ne p̄re, hō. In celo, q̄lis pater/talis fili⁹: in terra, qualis ma-
ter/talis filius. In celo, cū patre eternus et imensus: in tra-
cum matre incorrupt⁹ et mansuet⁹. In celo, cum patre icor-
ruptus et sublimis: in terra, cū matre virgo et humili-
taem cōmendabat. Illa virgo humilitatem suam a deo re-
spectam asserebat: ille virgo, se humilem et mansuetū ostē-
debat. Talis ergo agnus/qualis mater, ex munda mund⁹,
ex virginē incorruptus, per virginem veniens ad nos, per
virginitatē p̄cedens nos. Per incorruptōnem ergo venit,
ut pctm tolleret; p̄ corruptō; p̄cessit, ut vītē demōstraret.
Venit icorruptus, ut p̄feret remediū: p̄cessit icorruptus, ut
daret exemplum. Si ergo venire non possumus qua venit,

sequamur qua pcessit, ut ad ipsi me reamur quod promisit:
ut cibum lactis in humanitate Christi sumam⁹ mundi corpe, ci-
bum vero panis in divinitate Christi sumam⁹ mundi corde. Mundus
corpe, per virginitatem, mundi corde, per humilitatem, ut qui vere-
quicunque corrupta habuit originem, in utique quam iuemat munda habitatoꝝ.

De tribus generibus hominum.

Sunt tria generia hominum: alijs stantes, alijs nutantes, alijs vagantes. Stantes sunt confirmati, nutentes radicati, vagantes dissipati. Stantes sunt qui vice sunt, nutentes qui pugnant, vagantes qui vici sunt. Stantes sunt in pace, de quibus dictum est, qui posuit fines tuos pacem, et ad ipsius factum: nutantes in luctam: vagantes in ab alienatione. Stantes possident, nutentes appetunt et secuntur, vagantes fugiunt et abstrahunt per misericordiam ad illicita opera, per

Quoniam Christus sol dixit pater meus. **F**ad turpia. **N**un ho dixit, propter me quoniam non dixisse, si plusquam ho non fuisse. In eo enim quoniam ho fuit fratres habuit, et deinceps habuit, propter non esse in eo quoniam supra hominem fuit. unicus fuit, et dicere potuit pater meus, Pater noster qui es in celis.

Caro iumentum sic spiritus.

Caro iumentum est, sessorum spiritus, cui calcaria adhibebit, quando pigrum excitat, frenum, quando impetuosa tam moderatur et cohabet.

Recordum sic fauus distillans
fauus distillans labia tua. Fauus, verbum caro factum
in virginem, distillans, redundantias signat. De hoc
solo quia plenus gratia fuit, dici non potuit, pluit super ci-
uitatem unam, et super alteras non pluit. pars una copulata
est, et pars, quae copulata non est, arruit. Ipse enim totus
redundans, et gratiam fundens: quia, quoniam dicit doctrina fuit,
quod fecit medicina: alterum exemplum. alterum remedium;
et de plenitudine eius omnes accepimus, ideo distillans,
et quia unusquis secundum mensuram.

De occultis et manifestis.

Quedam sunt manifesta hominis, et manifesta homini. quædam sunt occulta hominis, et manifesta homini. quædam sunt occulta hominis, et occulta homini. Debet igit homo primum erudiri, in his quæ manifesta sunt, et exerceri, ut ad cognitionem occulorum perueniat. Debet enim mala cognoscere, hoc est improbare/et scire quia mala sunt, nec dicere malum bonum, aut bonum malum estimare, et discerner inter tenebras et lucem, et noctem et diem, et inter diem et diem, et iudicare omnem diem.

De duplice vita, et morte.
Duo sunt, vita et mors. Et post hec sequuntur duo, gaudium et dolor. De vita/ gaudium, de morte/ dolor. Et est bona vita/ et mala vita, et gaudium bonus; et gaudium malum. Et est bona mors/ et mala mors, et bonus dolor/ et malus dolor. Corpus ex anima vivit, anima ex deo. Primum, utruncq; bene vivit, postea, anima mortua est in quietate, deinde, corpore pessimum mortalitate, dissolutum in morte. Postea, anima vivificata iustificatione, deinde corpus resurrectione. Nunc ergo, vetus homo, id est caro, in cruce est, nouus autem, id est anima, in resurrectione. In resurrectione ergo nostra, gaudium nostrum: in cruce nostra obedientia nostra, hic patientia, ibi leticia. Qui carne crucifixus non est, anima non resurrexit, et ibi sentit ubi vivit, et ubi sentit ibi sapit.

Dicitur, inter deum et diabolum.
Deus, pro hominem mundum redempturus, in mundum venit, et cum mundo diabolum dominantem inuenit. Deus, pro hominem mundum visitans, in propria venit: et homo pro deum mundum non amans, ubi caput reclinaret non habuit. Deus homo, in hoc mundo elementis impavit, et homo deus de hoc mundo regnum se non habere, dixit. Ergo ad aliquid/totum dei erat, et ad aliquid/totum diaboli. Totum dei erat, quod ipse fecerat, et totum diaboli, quod ipse possidebat. Ergo certamen

caritas, ut non erumpat et clamet in doloribus suis et in
 angustia tribulationis sue. Jam enim gladius peruenit usque
 ad animam, et venit mors fraudulenta, carni pcens, ut spiritum
 extinguat. Nostri frater, quid dicere velim? De anima tua
 causa agitur. Vide, quid facias. Christus tibi opponit mortem
 suam, Christianus redemptorem suam. Querit ille emptus, iste re-
 demptum. Ille se pretium pro te incassum dedisse querit,
 iste precio redemptum proditum lamentatur. sed dicas: Ego co-
 scientiam meam noui: nemo me terreat: Christianum non facit im-
 gua, sed conscientia. Ego Christum diligo, sufficit michi: non amplius
 ille querit. Quod potius meum est, illi dedi. Cor habet, illud
 possideat. Dicam huius quodlibet. Ipse dominus nouit, quia inuidet
 nego. Lingua hoc dicit, non conscientia. Ore quidem nego, sed
 corde confiteor. Audi frater. Scriptura dicit: Corde cre-
 ditur ad iusticiam, et ore confessio fit ad salutem. Quomodo
 ergo salutem brevi putas, si confessionem non habes? Christum ne-
 gas, et dicas te Christum sanctum habere. Quid est ergo, quod di-
 cit apostolus: Nemo in Christu dei loquens, dicit anathema Ihesu.
 Si dicas anathema Ihesu, Christum Christi quomodo habes? Si vero non
 habes Christum Christi, non es Christus. Qui non habet, inquit, scriptura, spir-
 ritum Christi, hic non est eius. Audi itaque: Qui, inquit, me erubue-
 rit, et meos sermones, hunc filium tuorum erubescet, cum vene-
 rit in maiestate sua. sed dicas: Bene, Qui pro erubescientia
 Christum negat, iuste damnatur, iuste a Christo non cognoscitur. Pa-
 rū enim est hoc, verecundiam Christi anteferre. Ego plus habeo, quod
 in excusatione pretendam, Non enim erubesco, sed timeo. Nam
 est, quod me terret. Ipse nouit, quod pati non valeo. Parcit ergo
 infirmitati, et descendit deuotum, non attendit ad vocem, sed
 ad caritatem respicit. Nemo carnem suam odio habuit, Ti-
 meo pro carne mea, quod odire non possum. O fallax deceptio,
 Ergo carnem amabis, et creatorem blasphemabis. Quid
 ergo sibi vult, quod ait: qui amat animam suam plus quam me,
 non est me dignus. Si animam recte plus amare non potest,

qua

carnem potest. sed dicas: Non plus carnem diligo. Plus et deum meum, quam carnem meam diligo. Videamus modo, quod plus diligis, potius eligis. Dicit deus tuus: Nolite timere eos, quia corpus occidunt, animae autem non habent quid faciant. Hoc ergo dicit deus: hic caro tradidit. Vide modo. Quod plus diligis, potius eligis: o qualis pastor. Quomodo animam tuam poneres pro oibus tuis, qui nec pro anima tua, anima tua poni. Tu pro anima tua, dare non vis carnem tuam, et pro oibus tuis dares animam tuam. O qualis pastor. Non sic fecit ille bonus pastor, qui animam suam posuit pro oibus suis, et pro grege suo mori dignatus est. Quid tibi videtur. Si sic ille, ut tu morte timueris, que putas ovis adhuc a morte liberata fuisset. Putauit ille bonum pastorem eligere oibus suis, qui vidente lupo non fugeret, neque sub trepidationis latebra, sed eorum periculo post habito, occultaret. Venit lupus, oves rapere non potuit, pastorem non solum rapuit, sed abstraxit. Mira res. Ovis audet, et pastor trepidat. o qualis pastor. Si talis futurus fuisti, quare curam eorum suscepisti? Si accepisti dignitatem, quare non impendis beatitudinem? Bonus pastor animam suam ponit pro oibus suis. sed dicas: Petrus ore negavit, tamen quia corde non negavit, respexit illum dominus, et vocatus est nomine suo, ad resurrectionis gaudium, cum aliis apostolis. Hoc, ut audio, maius est, quod ad excusationem tuam pretendis. Resperxit ergo dominus petrum negantem, quare faceret confitentem. Resperxit ad compunctionem, vocavit ad confessionem. Si ergo tu respectum Christi habes, ubi sunt lacrime? Si autem lacrimaris, quare non confiteris? Si sequeris petrum negantem, cur non imitaris confitentem? Postremo, frater, si Christianus es, ubi est signum regis tui? Ego alienum video caracterem in fronte tua. Scias, quid futurum sit super illos, qui characterem bestie portant. Serui dei nostri signati sunt in frontibus suis,

factum est deo, et certamen diabolo. Deus dixit, se qd suz
 erat debere recipere, diabolus dixit, se in suo nō debere ca-
 lumniam sustinere. Deus dixit, se post tam longam patien-
 tiā/digna satisfactione honorandū; diabolus dixit, se post
 tam longam negligentiam, sua possessione nō priuandum.
 Deus dixit, aliena eum fraudulenter abstulisse, violenter te-
 nuisse: diabolus dixit, eū nec cum abstulit contradixisse, nec
 cum tenuit, aliquā repetisse. Deus dixit, potentē se ad sua re-
 cipienda/si vellet viribus vti: diabolus dixit, eum atra iusti-
 ciā viribus nō debere abutī. Deus dixit, iustum nō esse, si
 quod pīc creauerat, pīc pmitteret: diabolus dixit, miūstū
 non esse, si quod sponte perierat, nō restauraret. Deo dixit,
 se velle miseri, p benignitatem appriam: diabolus dixit, se
 nolle dānum pati, p potestatem alienā. Deus dixit, iustum
 esse, vt de peccato pmitentes ad salutem reciperentur: dia-
 bolus dixit, iustum nō esse, vt in peccato pistentes, ad sa-
 lutem cogerentur. Deus dixit, sic se venisse, vt nolentes nō
 cogeret, sed volentes adiuāret: diabolus dixit, interim pro
 tempe eqmīmiter se passurū volentes pdere, si nolentes re-
 tineret. Deus dixit, se in aliena manū non mittere, si sua red-
 derentur: diabolus dixit, se aliena patum reddere, si sua nō
 auferrentur. Deus dixit, nullū se a misericordia posse repel-
 lere: diabolus dixit, si om̄es pderet, nō se posse eqmīmīt to-
 lerare. Deus dixit, se suadere, vt in toto ab alieno iure ce-
 deret: diabolus dixit, se postulare, vt saltim pro reuerentia
 pristinę dñationis aliqua in pte, requiem sibi nō negaret.
 Deus dixit, se cū prius potiora elegisset, post illi abiectio-
 ra concessurum: diabolus dixit, iure se, si electionē habere
 non posset, saltim pditionē facturū. Deo dixit, se privilegio
 dñationis vtriusq; potestatem vendicare: diabolus dixit, se
 qd iam amplius n̄ posset nichil ex iure/ sed ex pmissione po-
 stulare. Deus dixit, se tñ pmissurum, qd etiā; auari famem
 satiare nō possit: diabolus dixit, se nō tñ accepturum qm

amplius cupiat, si fieri posset. His dictis, iussit deus ten-
di fumculos in punctione, et muemit virentia et irrigua in val-
libus imis minoris spacio, maiora spacio, et hec precepit se po-
m ad partem alteram, deserta aut et arida, in rupibus et mo-
tibus altis, lata et aspectui patentia, magna spacio, vilia p-
cio, et hec iussit ad alteram ptem discerni. Tunc mandauit
diabolum adesse, et assistenti sic ait: Ne forte, aut violenti-
am iudicantis, aut avaritiam dantis, causari valeas: qcqd
oculus tuus videt, tibi dabo. Tunc diabolus, qui omne sub-
lime considerat, et humilia non valet intueri, leuans oculos
aspergit montes altos, et sara prominentia in rupibus, ac de-
sercta patentia, et quasi totum sibi cessisse glorias, desperit
quod deus elegerat. Cui deus increpitatis, ac cecitatem elati-
deridens, ait: Funes ceciderunt michi in pclaris: Tu lau-
das qd vides, et ego laudo qd video: Tu immo es, et apte-
rea oculis tuis, nisi alta et excellencia non patent. Ego desu-
per otemploz, quā habeant amplitatem humilia. Et eīm he-
reditas mea preclara est michi.

Duare idem deus et homo.
Deus homo factus est, ut idem esset redemptor, qui
creator, et ut de suo liberaret hominem, et ut familiaris
ab homine diligeretur deus, in similitudinem hominis apprens,
et ut veteris sensus in ipso beatificaret, et reficeret oculum cor-
dis in eius divinitate, et oculus corporis in eius humanita-
te, ut sine ingredere tur, siue egredere tur, in ipso pascua in-
ueniret natura ab ipso condita.

Iesus in via ambulantibus faciem suam abscondit, ostensus
rur eam in patria. Propterea in fine vie, cum discubere ce-
pissent, fregit Iesus panem, ut interior eius patescerent,
et ibi eum agnoverint, quod post huius vite cursum in regno celorum
cum abraham et ysaac et iacob discubentes, et sup men-
sam eius edentes et bibentes, in eterno uiuendo, ihu claritate

videbunt. Nunc autem interim, in via peregrinus apparet, ut exiliū nō agnoscamus, et quod alia est patria nostra. Et colloquendo corda ad amorē inflamat, sive oculos ad ostēplatō; adhuc nō reuelat. Qui ergo in via, ex sermōnibus ihū ignem amoris corde accipiūt, in fine vię claritatē eius videbūt. Sunt itaque lingue igneis quod veniūt ad nos, et verba flāmantia, quibus quotidie xp̄m nobis loquentē audimur: quod sp̄m xp̄i nō habet, qui verba xp̄i audiendo nō ardet. Sp̄us enim sanctus super discipulos xp̄i in linguis igneis apparuit, et ipse xp̄s ambulātum in via loquēdo corda inflāmant, quibus nō quasi a capite vię, sed quasi a latere vię se sociavit, quod eū nobis, non natura, sed gratia in huic vię via comitem dedit.

De duabus ciuitatibus, et duobus regibus.
Quae sunt ciuitates, iherlēm et Babilon, et duo populi, amatores dei/et ciues iherlēm, et amatores mudi ciuitatis babilonis, et duo reges, xp̄us rex iherlēm, et diabolus rex Babilonis. Inter has duas ciuitates, et duos populos, et duos reges, bellum est iugiter, et discordia, et pugna. Et signatur uterque milites suos, xp̄s suos, et diabolus suos, ut agnoscat qui quis regem suum, et agnoscant ab eo rege, et sequantur eum. Iherlēm enim ciuitas sursum est in celo, Babilon deorsum in terra. Similiter etiam, xp̄us sursum est, diabolus deorsum. Milites xp̄i, sequuntur regem suum, et milites diaboli sequuntur regem suum. xp̄us tribus exemplis, viam nobis ostendit, quae eum sequi debeamus. Similiter et diabolus tria posuit, quibus post eum precipitantur, qui eum sequuntur. Iter enim ad xp̄m, quia sursum est, arduum et artum est, et in longum sublimis. Item ad diabolum deorsum, latum et breve, in profundum et ad precipitum facile. Ideo exemplum paupertatis reliquit, ut exonerati sarcinā crenarē rex, leues ascendamus per arduum, exemplum humilitatis, ut modici sine difficultate transeamus partum, exemplum patientie, ne deficiamus in longum. Exemplum paupertatis dedit, cum dixit: vulpes

foueras habent, et volucres celi nidos, filii autem hominum non
habet ubi caput suum reclinet. Exemplum humilitatis de-
dit, cuius dixit: Discite a me, quia mitis sum, et humilis corde.
Exemplum patientie dedit, quoniam cum percuteretur, non repercu-
sit, cum occideretur, sustinuit. Exemplum paupertatis, quod in
hoc mundo diuitias habere noluit: exemplum humilitatis,
quod gloriam spreuit: exemplum patientie, quod mala sustinuit. Cum
laudaretur, non letabatur: cum male diceret, non tristabatur.
cum premeretur, non frangebat. Nisi illi quidam: Magister
bonae. et respondit: quid me dicas bonum. ecce humilitas.
Et alij dixerunt: Demoni habet, et dixit: ego demoni non
habeo, sed honorifico patrem meum. ecce patientia. Et cum
requireret plus eum, ut regem faceret, ille humilitatis ex-
emplum relinquens, fugit et gloriam spreuit. et multa alia ad
hunc pertinencia exempla. Prima est ergo paupertas, ut abici-
mus quod grauat, in quo est peccandi occasio: et quod pauperi-
tas despicitur, sequitur humilitas, qua ipsa etiam propter de-
um vilitas amat: et quia rursum, qui vialis est, sine re-
uerentia leditur, necessaria est post humilitatem patientia,
qua omnia aduersa propter deum fortiter tolerentur. Paup-
teras leue facit et expeditum, humilitas modicum, patientia for-
tem et robustum. Econtra diabolus suos, primum, diuitias
rum pondere, in amore et sollicitudine onerat, ut decerum
ruant. secundo, propter superbiam inflat, ut platum incedat. ter-
cio, propter impatientiam frangit, ut cito deficiant. Huius duo po-
puli duas ciuitates, ab initio suo edificauerunt. Babilon a
caim cepit, et iherusalem ab abel. Primus enim homo duos
filios genuit, divisionis principium, et divisionis signum:
quia illa massa naturae humanae, que in ipso primum pro conditione in tota condita erat ad gloriam, postea propter prevaricatio-
nem tota addicta erat ad penam, ut ostenderetur misericor-
dia et veritas, iam tunc mundi incepit, ipsa misericordia,
et invasa ira. Et abiectus est prorogenitus tre, sicut progenitus

celi corruerat, si tamen primogenitus erat, qui genitus non
 erat. De ipso enim dictum est: **I**pse est principium viarum dei.
Ec reprobata sunt prima, ut ostendatur / quia finis principio melior est: quia que in principio facta sunt a deo, bona
 quidem facta sunt, sed bona incipientia, que aut in fine fa-
 cienda erant, bona facienda erant, et bona consumata. **P**ropter hoc etiam in ipsa regn conditione, primū materiā fecit, postea formam superaddidit: ut ostenderet, quō similiter in ratio-
 nali creatura, primum esse factum erat, postea aut pulchrum
 esse, et formosum esse, et melius addendum erat: ut nō mi-
 mis gloriaretur, in eo quod primum bonum accepserat, sed ad
 illud potius festinaret, quod postea melius acceptura erat: s_z
 primogenitus primum dilexit, ut preferret nouissimum, et ideo
 reprobatus est, ut ille in celo, et iste in terra. **S**ed ille de ce-
 lo deiectus in terra, hominem per inuidiam supplantavit, iste
 in terra reprobis effectus, fratrem suum zelando occidit.
Ruia enim vita illius grauis fuit illi, ideo ad mortem illius
 festinavit. **C**ruciabatur enim nequam conscientia, quotidie ostra-
 se testimonium cernens vitas iusti, et quasi grauis ei ad vi-
 dendum fuit, ex cuius presentia condemnabatur sua malicia,
Idcirco auferre festinavit e medio ipsum, ne eum videret ad
 confusionem suam, quem videre noluit ad emendationem
 et correctionem suam: fortassis existimans postea non fore
 deum vindicem iniurias, si non supessellet homo iustus te-
 stis veritatis. **S**ic ergo quam interactor fratri, Babilonis
 fundamenta posuit, abel autem imperfectus, sanguine suo
 primordia iherusalem in terra consecravit. **S**ic hismauel re-
 probus primogenitus fuit, psaac vero electus, esau quoque
 ab hereditatis sorte, et dono benedictionis reprobatur, Ja-
 cob diligitur et eligitur: et reprobato elyab primo genito,
 dauid iumor ad regnum fastigium sublimatur. **S**emp autem
 milites diaboli furore pugnauerunt, et milites Christi patiētia
 vicerunt: regem suū paupertatis amore et humilitatis studio,

Sequentes, patientia autem ad ipsum puenentes.

De officio et potestate prælatorum.
Considerate, fratres, misericordem dispensationem dei. Solus ipse peccata tollere, et peccatores iustificare potest, tamen ut humanam conscientiam de sua pietate certam faceret, potestatem relaxandi peccata, et indulgendi arbitrium homini concessit, ut homo ad hominem, quasi ad consimilem suum, familiarius et fiducialius duemeret, quem et videre posset, veniam postulaturus et accepturus audire. Deus enim hominem orantem, videre potest, sed homo deum indulgentem, videre non potest. **I**ccirco volunt deus, ut homo homi loqueretur, et de sua salute cum illo tractaret, et veniam peteret, et indulgentiam acciperet. **S**ed ne forte ab hoc salus dubia esset, deus homo factus est, quod nec falleretur iudicando, nec falleret miserando. **S**ic omne iudicium datum est filio diuina potestate, in participatione hominis transuersa, ut homo peccata dimitteret, iurta diuinum tam iudicium, cum idem ipse homo deus esset. **I**pse autem Christus, sicut princeps factus fuerat naturae nostre, ita princeps vos esse volunt honoris sui, et iccirco dedit vobis prius de spiritu suo, ut prius essent principes veritatis, deinde sorte dignitatis. **V**ide te igitur ministerium vestrum, fratres, iudicium domini, quia positi estis iudices seculi. **A**udite quod dictum est: **D**omini iudicabit fines terrae. **P**opter hoc enim dominus iudicium suum in fine distulit, ut vos prius iudicetis ad correctionem, ne ipse, cum post iudicare ceperit, iudicet ad damnationem. **V**os enim estis, non quasi iudices criminum ad damnandum, sed quasi iudices morborum ad sanandum. **V**idete ergo languidum in manibus vestris, quem vobis misericors illus Samaritanus consumisit, pro quo precium iam ab eodem acceptum, ne de vestro consistat curatio illius. **H**abetis duos numeros in testamento dupli, veteris monete unum, et unum nouum. **D**e emantur veteri medicamina que mordent, nouo

autem medicamina que fouent. Prima ad purganda q̄ pur-
 trida sunt, secunda autem ad viua d̄firmando. Ista duo sūt
 debita, debitum p̄ceptu quo doctrina impenditur, debitum
 votisquo exemplum format. H̄i sūt etiā duo gladij, quos
 in xp̄i passione, ad defensionē petr⁹ pauerat, vñ sc̄z corpora,
 qui sc̄dm legem veterē penā peccātibus irrogat, alter v̄o,
 q̄ sc̄dm nouā legē sp̄aliter culpas feriēs hoīes sanat. Hic
 est gladius vester, quo vos ferire debetis vita hoīm, ip̄os
 hoīes amātes, quē vobis petr⁹ reliquit, si tñ feruoris illi⁹
 heredes facti estis, et imitatores esse vultis. Nondū adhuc
 xp̄us crucifigebatur, et tñ petrus feruorez suum cohibere
 nō potuit, sed exerto sc̄z gladio, p̄cussit pontificis seruum,
 nec multitūdinem timens, nec potestatem, et nisi xp̄s eū cohi-
 busset, forsitan maiora adhuc petrus fecisset: nec tñ tunc
 petrus dicere potuit, plures sunt q̄ nobiscū sunt, quā q̄ cū
 illis. Considerate ergo, videte quid faciatis, christ⁹ in oculis
 vestris crucifigitur, et vos adhuc gladium in vagina
 habetis, cum tamen multūdo maior vobiscum sit, quā cum
 illis. Quid vos in passiōe xp̄i fecissetis, q̄ ad mō p̄cutiendū
 pigri estis? Ecce xp̄s in oculis v̄ris occiditur. Quid em̄ est
 xp̄ianus, nisi corp⁹ xp̄i, ip̄e quippe dixit: Qd̄ v̄m ex minimis
 meis fecistis/michi fecistis: ergo in xp̄iano xp̄us occiditur,
 et in xp̄iano xp̄us tribulatur. Quid ergo facitis, quid pi-
 gri, quid timidi estis? Forte, quia non statis finees, idcirco
 iram placare non potestis, vt cessest quassatio. Forte quia di-
 scubuitis ad ollas pharaonis, et saginaz diligitis, pigrum
 vobis est surgere ad bellum. Forte, quia lanam diligitis et
 lac, non oues, idcirco pascitis vos metiōs, non oues: et fu-
 gitis, vemente lupo, quia de ouibus non curatis. Saltē
 si lac ouium comeditis, carnes comedere nolite. Si fru-
 ctum, pro custodia ouium queritis, ip̄as viuas seruate. Bo-
 nus pastor etiam carnem suam ouibus suis edenda in tri-
 buit, vt eas reficeret: sed vos nō solū mercenarij pastores,

precium/pro custodia queritis, sed ipsas etiam oves lupi
facti, ad vestram refectionem necatis. **D**e pastoribus malis,
qui pascunt semel ipsos, non oves. **V**tinam solum non pasceret,
si non etiam depascerentur, nunc autem mercenarii fugiunt,
et lupi occidunt. **M**ercenarii fugiunt, non mutando locum,
sed substrahendo auxilium: lupi occidunt, quia et visibiles
corpora lamant, et invisibiles animas necant. **S**i ergo pasto-
res es, vigilate super gregem vestrum, nec oves Christi lam-
ari permittatis in mambus vestris: ascendite ex aduerso, et
date vos murum pro domo domini, et quasi boii canes latrate cur-
ca caulas ecclesie, vocibus confidentie, ut timeant lamato-
res lupi, et oves secure permaneant, et vos pro bona custo-
dia premiuin acciperem mereamini, amen.

De tribus crucibus.

Sic autem absit gloriari, nisi in cruce dominus Ihesus
Christi. In cruce Christi gloriatio est: in cruce dextri latro-
nis consolatio: in cruce simistri confusio. In cruce
Christi pena sine culpa, et post penam glorificatio. In cruce
dextri latronis, pena pro culpa, et post penam remissio. In
cruce simistri latronis, pena pro culpa, et post penam dam-
natio. **D**icunt homines, quando penam sustinent, si merui-
semus, non erubesceremus: nunc autem inusti pati, et sine
culpa, ignominiosum nobis est. **O** oculi qui non vident, imo
si pro culpa patris erubesce, si sine culpa patris gloriare.
Latrus magis vis esse quam christus, et forte simister blasphe-
mator, non confessor. **T**u enim pro culpa patris, et culparum
non agnoscis, nec iudicem veneraris. **S**i saltem dexter fuis-
ses latro, culpam humiliter agnosceres, penam patienter
sustineres, veniam deuote implorantes, nec pro pena pre-
sumeres, nec pro culpa desperares: sicut quidam, qui sua
de sustinentia gloriabantur, de pena murmuravat, de culpa de-
sperant.

De dupli^o veteritate.

Do^o homines veteres erant in nobis, interior/p iniquitatem, exterior/p mortalitatem: Christus autem carnem cum mortalitate assumpsit, a iniustine iniquitate. Veteratum autem carnis sue, p crucem, hoc ordine depositum. Primum, ligatus est, postea crucifixus. Sic et nos, veteratatem interiorum hominis, hoc est, iniustatem hoc ordine destruere debemus, primum, eam foris p disciplinā ligando, ut operari nō possit, deinde intus omnino crucifigendo, et interficiendo, ut iam prorsus non sit. Sic prius studio nostro, cooperante gratia dei in nobis, destruenda est iniustitas, ut per eandem gratiam postea in nobis, sine nostra cooperazione, et ipsa destruatur mortalitas.

De dupli^o oleo.

Nabat oleum deus, habet oleum et mundus. No^o oleum dei, vasa deficiunt: oleum mundi i^o vasis deficit. Oleum dei, dulcedo eternorum: oleum mundi, delectatio presentium. Illa sufficit, ista deficit. Propterea, vasa stultarum virginum vacua fuerunt, vasa viduæ sapientis plena. Vasa corda sunt, oleum gaudium.

Quare Christus Ovis dicitur.

Christus, ovis post fuit, postea pastor factus est. Ovis animal mansuetum est et mundum. In mansuetudine humilitas, in munditia castitas figuratur. Humilitas duplex est, prima, qua preesse nō appetas: secunda, qua subesse diligas. Multi enim sunt, qui preesse nolunt fugientes laborem, non honorem, q^o tamē subesse dedignantur: qui quā in pcepto obedientie murmurant, quasi ad passionē ducti recalcitrant: hi profecto oves nō sūt, nec imitatores illorum qui sicut ovis ad occisionē ductus est, et nō apuit os suum. Similiter castitas duplex est, alia foris p munditiā corporis, alia intus p munditiam cordis. Munditia corporis est, abstinere a malo opere, munditia cordis sincerū esse a mala delectatione. Qui ergo

munditiam et mansuetudinem habet ovis est: et qui ovis
bona est, sic tandem pastor fieri potest, qui prius in sua sub-
iectione didicit, quomodo alijs preesse possit. Quidam enim sunt
pastores, quidam mercenarii, quidam lupi rapaces. Pastores
sunt, qui oves diligunt: mercenarii qui lanam et lac acci-
piunt: Lupi qui carnes comedunt. Pastores custodiunt in pro-
speritate, et defendunt in aduersitate: mercenarii custodi-
unt in prosperitate, sed non defendunt in aduersitate: Lupi
non custodiunt in prosperitate, et occidunt in aduersitate.
Pastores salutem querunt, mercenarii lucrum appetunt, lu-
pi peccati materialia vel licentia ouibus dantes occidunt. Pri-
mi sunt diligentibus, secundi negligentes, tercii pestilentes.

De duplice vita, et sensus anime.

Duplex est vita anime, alia qua vivit in deo, alia qua vivit in carne. Vbi vivit, ibi sentit, vbi sentit, ibi olet cum leditur, et gaudet cum fouetur: quia unus est locus gaudi et doloris: nec dolor est nisi ubi gaudi fuit et amor: quoniam dolor non est, nisi cum Iesus fuerit ubi gaudes, sublatto gaudio. Qui ergo in carne vivit, in carne sentiunt, et illis dolor carnis grauus est, quod suave erat gaudi illis. Dolores vero anime non sentiunt, quia mortui sunt intus, ubi viure debuerant in deo. Idecirco cum leditur caro, graue est sumatur ab illis, et fugiunt quantum possunt dolores eius. Vulnera autem anime ignorant prossus, et non querunt medicinam in illis, quod ibi sensum doloris non habent. Cum autem mortuus fuerit sensus aegri, quo vivit in carne, tunc vivificari incipiet ille sensus, quo sentiet semetipam: et tunc sciet sua vulnera, et sentire incipiet dolores suos, tanto quanto propter quia quo magis intimum est, magis malum nocet, magis proficit bonum. Vnde dicit: Arguam te, et statuam opera faciem tuam.

De duobus que in peccato sunt.
So peccato duo sunt, vitium et culpa. Vitiū naturam ledit,
culpa creatorē offendit. Vitiū ab puritate, culpa ab pietate.

De tribus que in penitentia sunt.

Non penitentia tria sunt, dolor p̄teriti, custodia futuri, satisfactio delicti. Dolor culpā placat, satisfactio viciū sanat, custodia sanitatem seruat. In his custodia futuri, primū locū tenet, dolor p̄teriti secundū, nouissimū satisfactio delicti. que quāntū proficit, tancū cetera afficit. Ideo saluator solam hanc, id ē custodiā futuri/ quasi p̄cipuā, et ī qua om̄is penitētie fructū cōstat, suis d̄fessoribū munxit: vade ēt amplius noli peccare, et vade ī pace, et iterū, vide neqđ tibi derīcū attingat. Hec tria sic p̄sanda sunt, ut sit dolor plenū, custodia p̄fecta, satisfactio d̄igna.

De conscientia et fama.

Duo sunt, conscientia et fama, conscientia oleum ī vase, fama lumen ī lampade. Propter conscientiam īgredimur, propter famam ēreditimur. Int̄ reficimur salute propria, foris reficimur ēdificatōe aliena, Intus, cupio dissoluī et ēē cum xp̄o, foris manere ī carne, necessarium ppter vos. Conscīa irziguū supiū, fama irziguū inferiū. Nō d̄sciām meditatio, ad famam pdicatio, ad d̄sciētiā silentium, ad famam verbum. Per silentium seminas agrum tuum, p verbum seminas agrum proximi tui. Cum in tua ēdificatōe profici, metis agrū tuū, cū de profectu alieno letaris, metis agrum proximi tui. In tpe oculi, primum, lectio cognoscendē veritatis, et exercendē virtutis materiam tribuit, deinde meditatio formam apponit. In tempore laboris, primum opus exemplum tribuit, postea verbum doctrinam propom̄it, sicut scriptum est: Quę cepit ihūs facere et docere. Ideo paus temp̄ oculi, postea tēpus laboris.

De spiritu dñi et spiritu mundi.

Ap̄s dñi repleuit orbē terrarū, qđ min, si sp̄s dñi imple potuit corda hominū q̄ ip̄let orbē terrarū. nūc ergo ip̄letū ē, qđ dñs ihūs xp̄s ī passiōe sua pdixerat, d̄sumatū ē: anteq̄ sp̄s venit ad corda hominū, n̄ potuit dici d̄sumatū est.

Propter hoc em̄ om̄ia facta sunt, quę facta sunt, vel in natu-
ritate, vel in passione, vel in resurrectōe, vel in ascēsione ihū
xpi, sive in ceteris om̄ibus, q̄ verbū icarnatum visibilē opa-
tum ē / ad repatoz hōm̄, vt hoc bonū suum recipet hō ad
qd̄ dōitus fuerat, sine quo nichil fuit, cū quo nichil defuit:
et ppter ea in hoc dōlumata sunt om̄ia, q̄ ppter hoc facta sunt
omnia. **B**otrus enim carnis portatus fuerat ad torcular
crucis, et exp̄ssiōe facta, fluere cepit in iustū diuinitatis, et
voluit, vt vasa cordium pparent, vt vīnū nouū in utres no-
uos ponere. **P**rimū mūdarent, ne ifusum pollueretur, post
ea ligarētur / ne effalus amitteret. **M**ūdarent a gaudio im-
q̄tatis, ligarent ḏtra gaudiū vanitatis. **N**on em̄ bonū gau-
diū remte potuit, m̄si p̄i recederet malū. **G**alū gaudiū
est / gaudium inq̄tatis, et malum gaudiū est / gaudium va-
nitatis. **G**audium inq̄tatis polluit, gaudiū vanitatis effū-
dit. **G**audium inq̄tatis ē, q̄n p̄ctū diligif, gaudiū vanita-
tis ē, q̄n trāsitoria amant. **G**audiū inq̄tatis reddit vas sor-
didum, gaudiū vanitatis facit vas rimosum. **E**cce ergo qđ
maluz ē, vt qđ bonuz ē p̄cipere possis. **E**ffunde amaritudi-
nē, vt dulcedime implaris. **S**pūs sancti gaudiū ē, et spūs
sancti amor ē. **E**cce spū m̄di, et spū diaboli, vt accipe pos-
sis spū dei. **S**pūs diaboli opat gaudiū inq̄taus, spū m̄-
di opatur gaudiū vanitatis: et sūt mala gaudia ista, qm̄ ali-
ud culpā hz, aliud occasionē culpe. **V**enit autē spūs dei,
cū electi fuerit spū malū et itat habitat in cordis, et capi-
tur gaudiū suū / et amore suū, **N**ō sicut spūs diaboli / neq̄
sicut spūs m̄di, s; gaudiū bonū et amore bonū. **P**rimū gau-
diū vītatis, i quo iusticia diligif, postea gaudiū felicita-
tis, ḏtra gaudiū inq̄taus, gaudiū felicitatis, ḏtra gau-
diū vanitatis. **E**t appellunt bona gaudia, gaudia mala.
Et cum ip̄a cor implere ceperint, tunc primū agnoscat hō,
qm̄ prima gaudia vera non fuerit: qm̄ nec plena ē p̄tuerit

in gaudio inquietatis, nec permanentia in gaudio vanitatis.
Nunc autem vera gaudia aduenierunt plena et eterna, sicut sal-
 uator promisit. **D**icit gaudium vestrum sit plenum, et gaudiū
 vestrum nemo tollat a vobis. **I**pm ergo gaudium amor est,
 et operatur spiritus idem, et gaudium et amorem. **A**morem
 quoniam querimus, gaudium quoniam possidemus. **T**amē ipm desiderium
 sine gaudio esse non potest, nec ipsa adeptio sine amore. **I**ta-
 q; gaudium ipm amor est, et ipse amor, gaudium: quoniam in eo
 quod amamus gaudemus, et id de quo gaudemus diligimus. **E**t
 est gaudiū bonum, et amor bonus, et gaudium malum et
 amor malus, simile. **E**st enim amor dei, et est amor mundi: qui-
 dam et solū deū amant, quodam aliud propter deū, cū deo amat,
 nichil tamen altra deū. **A**lij altra deum quodam amant, et hi deum
 non amant. **Q**ui solū deum amant, edificant super fundamentū
 aurum, argentū, lapides preciosos. **I**n auro intellectū, in ar-
 geto eloquiū, in lapidibus preciosis, opus incorruptū. **Q**ui
 propter deum aliud amant, et tamen deum plus amant, edificant super
 fundamentū, ligna fenum stipulā. **I**n lignis, affectū cognac-
 tiōnis, in feno, affectū possessionis, in stipula, affectū fami-
 liaritatis. **I**n quibus oībus, et si peccatum non est, occasio tamen
 peccati ostendit. **Q**ui altra deū aliquod amant, hic supra funda-
 mentū non edificant, sed destruunt fundamentū: quod amor dei in
 corde esse non potest, ubi non est, vel solus, sicut in his quod solum
 deū amat, vel sūmū, sicut in his quod cū deo aliud amat, nec tamen
 altra deū. **I**n eo amore, quo cū deo aliud amat, gaudiū est
 vanitatis, in eo amore, quo altra deū aliquod amat, gaudiū est
 inquietatis. **I**lluc amor mundi inficit, hic amor peccati polluit.
 Et insit mundus, et occupat ei, verbū autem domini manet in ete-
 nū. **E**t quod credit in verbo eius, hoc sp̄m eius, hic manet in eternū,
 sicut ipse manet in eternū. **Q**ui enim instabilis est per gaudiū inquietatis,
 vel qui instabili adharet, per gaudium vanitatis, hic
 non potest manere in eternum, nec gaudium verum habe-
 re, quod falsum est per iniquitatem, et transitorium per vanitatem.

Hui autem spiritum dei in se manentem habet, gaudium verum habet, et plenū et eternum: quod manente diligit, et stabili adharet, et possidet solum datum bonum. **H**oc enim totū bonum est homīs, agnoscere et amare creatorē suum. **P**ropterea lingue igne datē sūt, ut in linguis sit agnitione veritatis, in igne amor virtutis. **I**n lingua enim verbū est, in igne flama. **E**t verbū quidē ad agnitionē pertinet, ignis vero ad dilectionē. **E**t ideo verbū cum igne venit, sapiētia cum dilectōe. ut alter⁹ illuīaret, alter⁹ inflāmaret, alterū ignoratiā, alterū dēi pīsentia. **H**ec vero dona, nō misi in vnu aggregatis, et ad supiora subleuatis, venire potuerūt. **C**ōgregatis per consensum, subleuatis per desiderium. **C**ōgregatis per dilectionē proximi, subleuatis per dilectionem dei. **E**t nos ergo si talia dona percipere volumus/tales simus/amen.

Quid sit quod dictū ē ad abrahā, ex de tra tua. **R**ix de terza tua, et de agnatoe tua, et de domo pris tui, et veni in terrā quam mōstrauero tibi; quod frēs scientib⁹ legē dei loq̄mūr, sermo nō ad vos doctrina nō est, sed exhortatio. **V**os enim scripturas nostis, et virtute eāꝝ. **V**irtus enim verbi, expiētia ē rei, et efficacia h̄mōis exhibito opis. **V**os igit̄ nō erratis, nesciētis sc̄ptas, neq; virtute; eāꝝ. **S**c̄ptas enim nostis per studiū lectōis, virtute eāꝝ per disciplinā opis. Scripturas nostis, audiendo xp̄m loquē tem, virtute eāꝝ imitādo faciente. **I**n dictis ei⁹ inueniātis intelligentiā scripturāꝝ, in factis eius virtute eāꝝ. **N**ostis ergo xp̄m, nō solū audiēdo, sed etiā expiendo. **N**ostis nō solū h̄m carnē, sed etiā h̄m maiestatē. **E**t si agnouimus inquit apostolus, xp̄z h̄m carnē, iā nūc nō nouim⁹, iā utroq; exponi estis xp̄z, et nostis xp̄m. h̄m carnē/et h̄m maiestate. **O**li agnouistis xp̄z h̄m carnē/nō agnouistis xp̄z h̄m maiestatē, xp̄z in cruce exponi estis dpatētes, xp̄z in resurrectōe ēp̄ti estis d̄lurgētes. **V**os ei⁹ estis spōla illa, et dilecta illa, q̄dilectū nouerat, et expona dicebat. **M**āscicls mirē dilect⁹ me⁹ michi, hoc ē xp̄s h̄m carnē.

Et rursum, **B**otrus cypri dilectus meus michi, hoc est xp̄us
 secundū maiestatem. **F**asciculus mirrē xp̄s in passione, bo-
 trus cypri xp̄us in resurrectione. **F**asciculus mirrē multitu-
 do passionū, botr̄ cypri/habudantia gaudior̄. **I**llic ama-
 ricans hic mebrians. **T**amen vos fasciculū mirrē inter vbe-
 ra posuistis, q̄r passionē xp̄i, cū gaudio et dilectione susce-
 pistis. **V**os xp̄m patientem, nō solum in corpore, sed etiam
 in corde portatis: q̄r passionis ei⁹ imitationē animo dilecti-
 onis suscipitis. **R**ō ergo xp̄m/scdm carnē cognouistis, iā nō
 cognouistis, quia transitorum est/qđ est i passiōe, s; pmā =
 surum/qđ est i resurrectione. **C**ognouistis ergo, et iam non
 cognouistis: quia instat, vt transeat dolor passionis, quē su-
 scepit in carne cōpatiētes, et instat vt assūmetur gaudiū
 resurrectōis, qđ pcepistis animo resurgentē. **I**nstat vt trā-
 seat dolor passionis, sed nō instat ut trāseat dilectio patiē-
 tis. **T**ransit a carne passio, sed nō transit a corde dilectio.
Tō fascicls mirrē int̄ vbera amorabit. **I**bi eī est cor, et vbi
 ē cor, ibi dilectio ē, et vbi dilectō ē, ibi dilecti mālio ē. **V**os
 ergo, fr̄es, q̄ sponsa estis et dilecta, fasciculū mirrē habetis
 xp̄m patientē, et botrū cypri xp̄m resurgentē. **A**p̄terea opus
 nō habetis doceri de ip̄o, docti ab ip̄o, q̄r vnc̄to ei⁹ docet
 vos de om̄ibus, et verbū ip̄i⁹ qđ sonat in auribus vestris,
 et sapit i cordib⁹ v̄ris. **N**ō igit̄ v̄ba nr̄a ad doctrinā; v̄ra; suf-
 ficiunt, s; verbū ip̄i⁹ p̄ nos trāseat ad vos, vt ip̄i⁹ grā a vo-
 bis redūdet v̄l q̄ ad nos. **H**oc em̄ verbū ei⁹ ad vos, quod
 dictu; est ap̄ter vos, exi de terra tua z̄c. **J**am olim dictum
 erat, et voluit ip̄e vobis dici/ quod dictum erat, vt sciatis
 etiam hoc ad vos p̄tinere, quod dictum est. **E**rat quidē vn⁹
 tunc cui dictum est, sed ille ad vnam hanc pertinebat, in q̄
 vos vnum estis, de qua scriptum est. **V**na est amica mea,
 columba mea, perfecta mea. **E**t ille tunc alienus erat, quia
 in alieno erat, et vocatus est vt inde exiret, et proximus fi-
 eret, et dilectus amicus. **I**lle quidē iam tunc dilect⁹ erat:

quia diligebatur a quo vocabatur, sed amic⁹ nō erat, qz nō
diligebat, quem non cognoscebat, et ideo non diligebatur,
qd erat alienus, sed quod futurus erat proximus et amic⁹.
Erat em̄ tunc in huc caldeor, in igne videlicet, et in incen-
dio demonū, qd est occupiscentia et delectatio terrenor. Et
ipm incendium fuscauerat illū, et migrū fecerat, vt nō esset
amabilis, et ideo vocabatur, vt de incendio exiret, et remi-
ret in refrigerium, vbi deabari posset/et candidus fieri, ne
semp esset odibilis. ppter ea dixit: **E**xire de terra tua, et de ag-
natione tua, et de domo patris tui, et remi in terrā, quā mō-
strauero tibi. **D**e terra exire est, ea q̄ foris possidentē trena
bona relinque. **D**e agnatiōe exire ē, his q̄ i nobis et nobiscū
orta sūt, vicijs a brenūtiare. **D**e domo pris exire ē, sūptis oī-
bus p̄t deū, postremo semetipm abrenūtiare. **D**om⁹ ei pris
nři, ipz ē cor nřm, quā p̄t nř habitat i nobis. **P**ater nř prim⁹
diabol⁹ fuit, s̄m nativitatē/qua nati sumus: pater nř secū-
dus/de⁹ est, scdm nativitatē/qua renati sum⁹, et vult vter-
qz pater hitare in filijs suis. **D**iabol⁹ i filijs irē, deus i filijs
grē. **R**ū ergo i huc caldeor fui⁹, cor nřm domus diaboli
fuit: qm̄ ipē tūc in nobis hitauit, et fui⁹ vniuersi filij Be-
or, qd dī, habitantis in pelle. **N**on em̄ hitare p̄t/misi in pelle
p̄t iste: qz corda carnalia amat, et in eis solū requiescit qui
sapiūt ea q̄ sunt carnis, et ambulant secundū carnem. **H**ec
est pellis domus patris nostri primi, de qua iubemur exire,
ipm videlicet cor nostrum, et desideria ei⁹ mala relinque-
re. **H**oc est em̄ de corde exire, elongari a desiderijs eius,
et pegrinari ab ipis, vt non simus consensu, vbi illa sunt, s;
proposito sanctitatis, tendamus ad terram, quam monstra-
bit nobis deus, vt primum propter deum abiciamus nostra,
deinde relinquamus et nos. **S**ic em̄ de mun⁹ demonstrab-
tur nobis terra visionis a domino, in qua ipē videbitur do-
min⁹, q̄ in promissionē posuit filius, lacte et melle manatē.
Lacte, i atēplatōe hūamtus, melle, i atēplatōe diuinitatis.

Propterea enim deus homo factus est, ut totum hominem in se beatificaret, ut tota conuersio hominis esset ad ipsum, et tota dilectio hominis esset in ipso. Si enim creator bonus deus esset, et homo non esset, esset in ipso quod sensu mentis videretur, sed quod sensu corporis videretur non esset, et sustineret sensus carnis perpetuum opprobrium absentis creatoris, ut esset in abiectionem semper oberrans in creaturis, et non attingens ad creatorum suum. Ne igitur sensus carnis in homine/oppobrium istud impetu portaret, semperque illi merito diceretur, ubi est deus tuus, si nunquam ad creatoris sui contemplationem admitteret, assumpsit creatore carnem, quem a sensu carnis in ipso videretur per carnem: ut carnis cibus esset lac, in contemplatione carnis/mētis cibam, in diuitatis contemplatione. Et egrederef/ et igrēderef, et pascua iuemret, pascua foris in carne saluatoris, pascua int̄ in diuitate creatoris, ut saluator et creator unus, unus gaudium esset, in lacte carnis, et in melle diuitatis.

De eo quod scriptum est, ut vobis diuites quod habetis nunc solatōnem vestram.

Ve vobis diuites, qui habetis nunc consolationes vestras. Nime rōnali, si vere sapet, nichil hoc sapet, apter verum bonum. Non enim, est bonum eius aliud, quam verū bonum. Hoc igitur solum est, in quo gaudere debet, in abundantia sua, et in quo consolari deberet in egestate sua, et utique, siue habundans, siue e gens, bñ illo gauderet, et bene consolaretur, si illius neque in abundantia neque in egestate, egestatem pateretur. Nunc autem primum malum eius factum est, ut illo sublatum, egestatem illius patiatur, ut illud non habeat. Deinde secundum malum accessit, ut in alio bono consoletur, ut illud non requirat. Perditio ergo eo quod intus erat bono, egressa est anima ad ea que foris erant, bona aliena, et pactum fecit cum delectationibus seculi, et regressa induxit eas ad se, ut formicaretur.

cum illis intus in abscondito cordis sui, et requiesceret
super eas, et consolaretur in eis, et non respiceret ad senten-
tiam boni sui, eo quod habundantiam suam cerneret et solola-
tionem in bonis aliens. **N**unc igitur anima desolata a bono suo,
desolationem suam non agnoscit: quoniam secum habet societatem alienam,
delectationum huius mundi, ingreditur ad ipsam, per sensus
carmis ipsius, vel cum ipsa egreditur ad illas. **C**um autem clau-
di cepit portae iste sensuum carnalium, non patebit deinceps
via transeundi ad inuidem, et tunc separabitur societas vani-
tatis, et erit mundus foris exclusus, ne ingrediatur autem in-
clusa, ne egrediatur et veniet anima ad portas oculorum, et clau-
sas inueniet, ut non egrediatur per visum, et declinabit ad por-
tas aurium, et obstruas inueniet, ne egrediatur per auditum. **D**ein-
de effundet se per aditus sensuum reliquorum, et non erit transitus
illius: quoniam repugna mortis perpetuus inflexibili rigore et immobi-
libus seris, valvas sensuum, et aditum comertus antiquus sine fine
concludent. **T**unc anima misera, in hoc tristi discidio, sola se inueniet,
et duertens se, regredire incipiet socium illum, quemque, et ex-
cludi non potest, et non poterit habere societatem illius, in desolacione sua,
quod non requiri illum in desolacione sua. **T**unc illa infelix despa-
tione cadet ad se, et damnatione sub se, et apiet se profundum
in obscuram ruentem, et cum illam excepit, continuo claudet
sursum, et apietur deorsum, ut sine fine cadat, et ad finem non resurgat. **E**t tunc primum agnoscet verum esse quod
dictum fuerat: *vix soli, quoniam cum ceciderit, non habet sublevantem.* **P**ropterea dixit: **O**rare, ne fuga nostra hieme fiat, *propter sabbato.* **R**uid
em est hiems, nisi torpor metisse et quod est sabbatum, nisi per mortem
tempus perpetuus vacationis. **H**iems siquidem tollit am-
bulandi potentiam, sabbatum negat licentiam. **S**ic et immunitis
mortis corpore, astrictus homo a correctione preedit, per mortem
vix penitentia non recipit: hic grauatur ne bona opera exerceat,
ibi ligatur ne animete dianatos euadat, hic coacto gressu est, ibi
emendatio impossibilis. **P**ropterea bonum est fugere nostra vmetem,

prius quā sentire incipias imminentem, ne vel volūtas mīlē
sit efficax sine opere, vel dolor īutilis, sine correccione.
Cogitat ergo anima, in societate alienorū nunc posita, quia
nō poterit semp pmanere cum illis, et eligat interim sociū
illum, qui cum omnia subtracta fuerint, solus fidem seruat/
dilectoribus suis, nec recedit in tempe angustiæ. **E**t si du-
rum videatur pro ei amore nunc omnia mundi blādimenta
respuere, audiat ipm solantem et dicetem: **N**ōne ego me-
lior tibi sum, q̄ decem filij. **A**uid em. Dulcis est mundus,
et dulcis nō est deus. **N**bsit. Spūs em meus sup mel dul-
cis, et hereditas mea sup mel et fauum. **H**āc ergo fratres,
dulcedimē si gustare cuperitis, nec falsam dulcedimē dilu-
getis, nec veram amaritudinem sentietis/amen.

Quot modis fiat recordatio p̄teritorū malorū.
Qatuor modis fit recordatō p̄teritorū malorum, Pri-
ma est recordatio, que animū ad consensum prauis-
tatis inflectit. Secunda, que delectatione illicita memoriaz
afficitur. Tercia, que ad compunctionē et p̄mittentię contri-
tionem cor emollit. Quarta, que ex fiducia vīmē ad grati-
arum actionem mentem accendit. Prima, est malorū, secun-
da incipientium, tercia proficientium, quarta p̄fectorū. Pri-
mam deus pro culpa imputat, secundam odonat, terciam
remunerat, quartam glorificat. Prima est iniquitatis, secū-
da infirmitatis, tercia virtutis, quarta felicitatis.

Sime vitium, ex natura originem trahit, quia nō est
aliud vitium, q̄ affectus naturalis, p̄ter ordīnes,
et supra mensuram. Ordīmem transgrediens, quan-
do mouetur ad ea ad que non debet, mensurām transcen-
dens, quando mouetur plusq̄ debet. Illa appetens prop-
ter indigentiam, hoc effeuens propter vehementiam. Il-
le puerus, hic nimius, In dauid, p̄t idigētiā appetit moue-
bat ad ea q̄ nō debuit, qn̄ esuriēs panes sc̄tificatos dicipūt.

In amon eius filio, propter vehementiam eius, plus quam debuit
mouebatur, quoniam thamar sororis sua dilectionem, usque ad car-
nis libidinem relaxauit.

De tribus tyrannis.

Tres sunt tyranni, qui contra nos aries suas produ-
cunt, diabolus, mundus, et caro. In exercitu dia-
boli, militant vitia, in castris mundi, prospera et aduersa,
in societate carnis, desideria terrena. Ex his tribus, duo,
Tercio durauerunt, ad subversionem nostram, Mundus enim
et caro, diabolo auxilium ferunt, contra nos: unus est vicinus,
alter domesticus. Mundus enim iuxta nos est, caro nobiscum,
idecirco confidit diabolus magis in auxilio carnis, quia plu-
nocet domesticus hostis. diabolum vincimus, quoniam suggestio-
nibus eius resistimus: mundum vincimus, quando nec appe-
timus prospera, nec timemus aduersa: carnem vincimus,
quando eius desideria, nec extinguihimus in necessariis, nec
ad licita relaxamus.

De vijs hominis.

Sia vita, mandatum iusticie. Primo, homini aperta
fuit via ad vitam, brevis et leuis. Nunc autem redeutibus
ad vitam, vias demonstrant, pro una multe, pro brevi longe,
pro leui laboriose. Sic enim dignum fuit, ut homo adhuc unius
erat, haberet viam singularem, proximus breuem, iustus leu-
uem, nunc autem diversus multiplicem, remotus longam, pec-
cator grauem. Concupiscentia diuisit hominem, iniquitas ab-
alienauit, mortalitas debilitauit. Nunc ergo prima via est
ut ad semetipm redeat, et de multis unus fiat, deinde per-
gat ad ipsum, qui est super ipsum. Prima via est, de multis ad unum
multiplex, secunda via est, de uno ad unitatem simplex. Pri-
ma via est, de virtutis ad virtutem. secunda via est, de virtu-
te ad beatitudinem. In prima via, est homo fragilis relinque-
re amata. In secunda via, debilis apprehendere insolita. Pri-
mo homini vni, unum preceptum datum est, leue, factu, breve

effectu. Primum dictum est illi, ut ab uno quod foris erat abstinere, postea ut ea que foris erant vinceret, quod nec leue erat ad faciendum, nec breve ad perficiendum. Ibi unum faciendum erat, et facienti nichil detrari erat: hic multa facienda sunt, et facienti multa obseruantur. Obuiat superbia in via humilitatis, vexat inuidia in via pietatis, turbat iracundia in via mansuetudinis, libido in via castitatis, auaritia in via misericordie, gula in via continentie, contumacia in via obedientie. Quae vincere tam difficile est quam habere naturale. Augustinus: Naturale non esse peccatum, sed nature viciate id est ex natura viciata.

De penitentia dei/et cautela.

Si idens deus, quod multa malitia hominum esset in terra, et cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore, permisit eum quod hominem fecisset in terra, et tactus dolore cordis intrinsecus, et perauens in futurum, delebo, inquit, hominem, quem creavi, a facie terrae. Primum considera, quia non facile pietas provocatur, nisi multa fuerit malitia nostra. Cum autem nos a bono, in quo ab illo facti sumus, mutari ceperimus, tunc ipsum permittet super nos ne ad bonum ad quod facti sumus perveniamus. Penitentia autem eius, non est mutatio intentionis a primo proposito, sed mutatio operis a primo instituto. Et nota, quod penitentia hominem deus dolore cordis intrinsecus tangi dicit. Ibi enim dolor fuit, ubi amor. Nam etiam deus universa quae fecit. Quia vero cetera omnia ab ipso amantur, sed ad ipsum possidendum non amantur: rationalis autem creatura, et quod facta est ab ipso diligitur, et ad quod facta est in ipso: penitus hominis dolor, creatorum intrinsecus tetigit in corde, ubi stantis et bene incidentis amor fuit. Sunt enim tria quedam genera rerum, unum a conditione lapson, aliud in conditione stantium, aliud supra conditionem prosectorum. Prima amantur quod facta sunt, sed quasi corde non amant, quod postea mala effecta sunt. sicut scriptum est;

Dispersit superbos mente cordis sui: secunda amantur, qd
facta sunt, et cor de amant qd bona sunt, sed tamen illorū
amor, quasi in corde foris est: qz amant qd sunt ab ipso bo-
na, sed non amantur, vt sine in ipso beata. Amor ergo hoīs
int̄ in corde creatori fuit, qz nō tantū homo ab ipso dilect⁹
est, vt et ab ipso ēēt bonus, sed esset etiam in ipso beatus.
Amor ergo hoīs intus fuit, et ibi dolor fuit, vbi amor fuit.
Sed quid est qd dicit: precauēs in futurum? Nūquid de
aliquā mcautus fuit, vt faceret que facienda non erant, vt
postea desiderans/que non bene fecerat, de factis peniteret,
et facienda caueret? Sed sciendum est. qd sicut penitētia
dei, non est mutata voluntas in appbatione faciendi, sed or-
do mutatus in institutione facti. sic cautela eius, non est p
sidentis circūscriptio, sed subiectorū correctio. Nam, in ma-
lo faciendo, tā cauet qui terret ne fiat, qz q timet ne faciat.

De corde et delectatione, et cogitationibus.

Sorolla est, delectatio sagimē, cogitationes, mu-
scæ. Propterea, vbi desideria abundant, abundant
et cogitationes. Sit tamen nō nunqz, vt postqz cor
a malis desiderijs emundatum fuerit, adhuc cogitationes
praug redeant, tam importunæ nūc, qz pruis immundæ. Ibi
maculantes, hic inquietantes. ibi lutū, hic puluis.

Sunt viæ. Una lata/ad pditionem, alia arta/ad
vitam. Illa, que lata est, multos habet incedentes
p se. illa, que arta est, paucos capit. In omni em
genere que p̄ciosa sunt, rara sunt, et que vilia sunt, nume-
ro abundat. Lata aut via est, ire quo libet, et facere quod
placet. Arta via est, pceptis regi, et desideriorū flura strin-
gere ad regulam equitatis. Duæ ergo viæ sunt, una mortis,
alia vite: et duo populi malorum et bonorum: et duos reges, di-
abolus et xp̄s, et p̄cedit uterqz exercituum suum, unus ad
mortem, et aliis ad vitam: cr̄stus humilitatem, diabolus

elatione: xp̄us pietate, diabolus impietate: xp̄us puritate,
diabolus impuritate: xp̄us obediēta, diabolus cōtumacia.
Et quē quis q; ducem sequit̄ in via, habebit regem i patria.

De sapientia mundi, et sapientia dei.

Scriptum est, q; mundus in sapiēta, p̄ sapientiā de-
um nō cognovit, placuit deo p̄ stulticiā p̄ dicatōis
saluos facere credētes. Mundus sapiām habuit, p̄ quā nō
deum potuit cognoscere/positum i sapientia sua. Sapien-
tia mundi fuit ratio humana, scđm visibiliū rerū naturā, et
elementa hui⁹ formata. Sapientia dei fuit eius ineffabilis
maiestas, et incomprehēibilis bontas. Erat et prudentia
mundi, circa cōmoda carnis diligens circumspetio. Sapi-
entia ergo mundi, quę humana ratione incedit, negat fidem.
Prudentia aut̄ mundi, quę carnis tantū cōmoda querere do-
cet, et vitare incommoda, destruit bonā opationem. Prop-
terea sapientiam stultam reputat deus, prudentia; iudicat
inimicam, quoniam illa veritati aduersatur, ista dilectionem.
Propterea, utrāq; destruxit deus, sapiām p̄ stulticiā, pru-
dentia p̄ insamiam. Quasi em̄ stulticia quedā dei funḡ, scđm
humanū sensum, qđ ad abiecta et indigna sibi, se humilia-
vit: insama aut̄ reputata/ q; sine necessitate dura sustinuit.
Et tñ, qui i sapientia sua cognosci nō potuit, quasi i stulti-
cia agnitus est: quoniam, qui i sua celsitudine manas, nō
potuit comprehend̄ i sua humiliatione cepit agnosc̄. Qua-
si em̄ i sua sapientia deus fuit, qñ i eo q; ip̄z decere vide-
batur pmansit: sed ibi agnitus nō est, donec' quasi desipuit/
et indigna suscepit. Ibi dum sapientiā mudi destruxit, ubi
se i eo/qđ stultum mundo videtur/demonstravit, vt disce-
ret homo, supra rationē mundi esse, qđ videbat i natura ho-
mīs deum apparere. Deinde aut̄, quasi p̄ insamiam deus pru-
dentia carnis evacuavit, quando contra eius estimationē
agens, carnem suā sine retratione ad penas et tormenta ex-
posuit, et sic eam ad incorruptionē resurrectionis eduxit,

8

ostendens quoniam nō parcendo, sed castigādo et psequēdo, carnem seruare oportet. Sic ergo, quia ī sapientia sua p sapientiam mundus nō cognovit deū, placuit d eo, p stulticiam p̄dicationis, saluos facere credentes. Stulta eīm vi-debantur quē dicebant, sed tñ per hēc demōstrata magis sūt stulta/q̄ probabant et amabant: q̄ probabant/rōe stulta, et q̄ amabant/dilectione insana. Illa sine veritate, ista sine utilitate. Stultum eīm fuit, supra carnis sensum, veritatē dei pertinaciter nō recipere, et īlāma fuit, propter carnis commodum, detrimentum anime patienter sustinere.

De eo qđ scriptū ē: Quae ē ista q̄ ascēdit rē.

Que est ista que ascendit per desertum, sicut virgula sumi, ex aromatibus mirrē et thuris, et vīuersi pulueris pigmentarii. Dormit et ascendit, qui foris requiescit et intus dormit. Desertum est mundus, ppter abundantiam malī, et inopiam bonī. Desertum est cor malum, quia cultum non est, et germinat noxia, et ī eo bestie habitant. Quia eīm ī eo agricula non est xp̄us, et pater eius non seminat ibi verbum suum, surgunt germīa viciorum, vrtice concupiscentiæ, et spine sollicitudinis, et alia talia, et requiescunt ibi demonia. būia n̄ ē qui extreat. Desertum est iterum, cor bonū, quia longe est a strepitu et tumultu, et non oculatur frequētia ērenax cogitationum, sed virens pmanet, et floridū, et germīa virtutū producit, et canit ibi turtur/spus sanctus, et non auditur ibi vox hominis, neque ad hominem pertinentis. Virgula recta est et gracilis, et ī longum porrecta. Quia tantū sursum tendit recta esse debet: et quia arta est via gracilis, et quia longa et porrecta. Iterum, non est vīgula ligni insensibilis et duri, sed sumi, qui speciem habet, et substantiam non habet. Cum enim certetur, aliquid esse videtur, Cum manus apponitur, nichil inuenitur. Sic bonus quisque hic esse vīdetur per carnis speciem, sed hic nō est per dilectionem.

glad de igne ascē
nō sumus. Et aro
sum pīmetari. P
nō patentes. Mirrā
pīueris pulue
fūcūrī vīnīcīta i
mējō. Exhortatō;
mīcūrī mūltudo i
mūltūrī cīrcūtūs. Sī g
pīuerī est vīnūrī fū
mīcūrī q̄ in pīgnā e
mīcūrī dīcīpīuī. Cī
mējō, q̄ post pīmā l
pīgnā dīceptā m
mīcūrī. Sic et ī vī
mīcūrī vītūrīs, e
mīcūrī vītūrīs ab hōi
mīcūrī sponē sub
mīcūrī et thūs, p
mīcūrī. De misērī
mīcūrī dīfīmerat, et bon
mīcūrī jūcīde deo, et
mīcūrī. Vībī ī misē
mīcūrī dīcīderat ī forte
mīcūrī vītūrīs scība
mīcūrī hīcītergo pīlī mī
mīcūrī vītūrī ad hominē ipa
mīcūrī vītūrī tempore, allūmpēa v
mīcūrī vītūrī cum bonīe. Qd
mīcūrī vītūrī alīlī, pīpītī in c
mīcūrī vītūrī addūcere. C
mīcūrī vītūrī, pīmū occī

Iterum fumus de igne ascendit, quod desiderium ex amore venit, et qualis fumus. Ex aromatibus mirre et thuris, et universi pulueris pigmentarij. Pigmentarium est xp̄us, pigmenta et aromata virtutes. Mirra, carnis mortificatio, thus, mentis deuotio, vniuersus pulvis pigmentarium/virtutum omnium multitudo. Sicut in virtus, ita in virtutibus etiam inuenitur. Dicitur in libro Job. Exhortatoꝝ ducum, et vñlatū exercitus. Habet enim vitiorum multitudine regem, habet et duces, habet et populos, et exercitus. **R**egina est supbia, duces vitia capitalia, exercitus est vniuersa mala subsequētia. Primū ergo duces vitiorum, qui in pugna exhortationē faciunt, quod hominem cum rōne faciendi decipiunt. Exercitus autem postea, quasi cum vñlatu irruit, quod post primā suggestionē suscepit, turba vitiorum sequens, in deceptam mentem, cum violentia et tumultu impetum facit. Sic et in virtutibus, regina est humilitas, duces, principales virtutes, exercitus bonorum vniuersitas. Et postquam p̄me virtutes ab homine/cum quādā rōne suscipiunt, mox vniuersitas bonorum sponte subsequitur. Ideo hic primum duces posuit, mirra et thus, post exercitū, vniuersum puluerem pigmentarium.

De misericordia et veritate.
Deus sursum erat, et homo deorsum. Veritas erat in celo, cum iudice deo, et misericordia in terra, cum homine iudicando. Vbi enim misericordia esset, si cum misero non esset. Descenderat enim forte nesciente veritate: quoniam illam ad hominem venturam sciebat, et de illius aduentu metuebat. Descedit ergo prius misericordia, ne si veritas preueniret, accessum ad hominem ipsa postea non inueniret. Neccepto igitur tempore, assumpta veritate, descendit deus, ut ratione poneret cum homine. Quod cum vidisset misericordia, non ignorara diuinū osilij, prexit in obuiā illi, deum cupiēs mitigare, et placatum adducere. Cernes autem veritatem obstatu vultu incedentem, primū occurrit illi rogans ut gradū

sisteret, nec minus prepararet, donec funderet orationē suā ad dñm. Ibi ergo misericordia et veritas obuiauerūt sibi. Tunc misericordia clemēti causatione querelā corā deo depositus, dicens, egre se ferre, qđ ad hoc negociū socia aduocata non fuerat, p̄fertim, cum nunq̄ deus sine vtraq; hac socia vel comite, iter aliqd facere cōsueuerat. Cū em̄ iquit, scriptū sit. Vmuersę vię dñi misericordia et veritas. quomō sola veritate content⁹, misericordiā domin⁹ me⁹ non vocavit, p̄cipue, cum nō solum equalē sed priorem etiam misericordiam esse debere, scripture vbiq; d̄memorat. Neq; em̄ scriptum est: Veritas et misericordia, s; misericordia et veritas vniuersę vię dñi. Quare ergo, quę prima esse debuit, nunc postrema: et qđ magis me grauat, si ad comitatū tuū nō vocata accedo; Ecōtrario, veritas respōdit; In hac via misericordiam, comitem dñi, nec esse posse nec debere: tum, qđ consiliū voluntati ei⁹ contrariū ordinatū sit, et idcirco in eius ope p̄sens ipa esse nō possit: tum etia⁹, qđ cum ipo dño egressa non sit. Dixit etiam, ipsam misericordiam magis optere rationem reddere, quare ipa egrediēt dño nō affuerit, et absentia ei⁹ magis l̄sum esse dñm, in tantū, vt uno comite iter carpe cōpulsus sit. Nō hęc omnia respondit, se nec mala intentionē egressam, nec malo ope cccupatam, s; magis se honori et utilitati dñi sui d̄sulere, quę nō pdere studiat, et destruere, sicut ipa veritas, sed saluare. Illaz esse notandam potius et accusandā, quę famulos et ministros dñi tantū velit īmīni, vt cum omnes abierint, nullum patiatur p̄ indulgentiā aliq̄ leuari et reuocari. Veritas aut̄ respondit: non esse decens, bonū dñm et iustum, malos seruos et iustos habere. Nīa dixit: tantū dñm sine ministris esse non debere. Veritas affirmauit, neq; hoīes merito debere damnari. Nīa respondit: eos vt bom fierent spontanea etiam pietate debere reuocari. Veritas dixit: se nolle nec posse tot scelera hoīm tollerare. Nīa respondit: grām dñi

ad indulgendum supabundare. **V**eritas dixit: **V**nusquisq;
 prout gessit in corpe accipiat. **A**nima dixit: **O**mnis homo
 magis conuertatur ad dñm, et viuat. **H**is ergo ita sibi obui-
 antibus, et ad diuersa voluntatem dei inclinare desideran-
 tibus, videns deus, tam diuersas sententias ad effectum si-
 mul procedere nō posse, ait, **S**criptū est: **M**isericordia et
 veritatem diligit deus. **R**uas ergo diligit, vult sibi semper
 p̄sto esse: et q̄ rursus dicitur de deo. In pace factus est lo-
 cus eius: nō potest illas discordes sustinere. **C**ōcordia aut̄
 esse non potest, vbi voluntas tam diuersa est. **V**eritas ēm
 vult, vt totū imputetur, misericordia vero, vt totū adonet,
 que simul fieri non possunt. **P**ropterea nego, qui amator pa-
 cis sum, compellar vestrā societatem relinquare, necesse est
 ut vos studeatis utrumq; vrās voluntates ad unum assentū
 inclinare. **N**o hęc veritas respondit: se minus laudabilem, si
 aliquid multum relinquatur. **M**isericordia dixit: se minus
 amabilem, si non totum gratiata pietate soluat. **T**unc deo
 interrogavit, si vellent amb̄ suas voluntates in eius arbitrio
 ponere, et quod ip̄e inde discerneret, sine contradicōne
 annuere. **R**uod utraq; inquit fieri posset, sine diminutōe
 nomis, et dignitatis sue cedente. **D**eus dixit: e quā sibi vi-
 deris, vt peccatū hoīs, et ex parte p̄ter veritatem puniatur,
 et p̄ter misericordiam ex parte dimittat. **I**n hoc ergo am-
 babus assentientibus, veritas adiecit dicens: vt sicut prius
 misericordia cum homine fuit, et ipsa in celo permanxit, ita
 nunc ipsa in terra cum homine permaneat, et misericordia cū deo
 celum ascendat. **S**criptū est em: **M**isericordia et veritas p̄-
 cedent faciem tuā. **S**i ergo paus misericordia p̄cessit, et veritas
 permaneat, iustum est, vt nunc mīa permaneat/et veritas p̄cedat.
Tunc misericordia rogas veritatem, memorē esse omnis pa-
 tri, sc̄z ne quicq; ultra concessum contra hominem emoliat,
